



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Jur. rec. 1021

~~195~~

Salvetti



Fr. Const. Koeffer.

ANTIQUITATES
FLORENTINAE

IURISPRUDENTIAM ETRURIAE
ILLUSTRANTES

I U X T A

STATUTI ORDINEM DIGESTAE

A U C T O R E

NICOLAO SALVETTI



I U R I S C O N S U L T O

E T

PATRICIO FLORENTINO,



M D C C L X X V I .



DISSERTATIONUM

ARGUMENTA,

I.

DE Etruriae Iurisprudentia Romanorum, Gothorum, & Longobardorum tempore sermo instituitur. Praescribitur aetas, qua Florentini ceterique Etruriae populi statutum conferunt. Quae continentur, in primo Castrensis volumine una cum posterioribus reformationibus referuntur. Probatur & ante & post Pauli Castrensis Codicis evulgationem diversa alia statuta Reipublicae Magistratus omnes habuisse. Cosmae Patris Patriae, Petri & Laurentii Magnifici Mediceorum, & Petri Soderinii perpetui Vexilliferi celebriores Constitutiones extra Codicem Florentinum vagantes enumerantur. De Principatus demum legibus in genere differitur.

A 2

Me.

II.

Memoratis Interpretibus ad secundum Codicis Florentini Volumen, inutile visum est, eorum incultis animadversionibus novas animadversiones adiungere. Sicuti vero sex Rubricae in secundo Codicis nostri Volumine inveniuntur, quae legislationis defendendae caufa a Florentinis contra Ecclesiasticos latae sunt, nonnulla ideo de antiqua Florentinorum Ecclesiastica Politia proponere opportunum fuit. Descriptis igitur tum Ecclesiasticorum, tum Civium Florentinorum moribus a primis Ecclesiae seculis usque ad ea tempora, quibus Guelphorum & Ghibellinorum partes Florentiae exortae sunt, ex iis temporibus memoratarum sex legum originem & rationem eruendam minime esse statuitur. Origo vero ipsarumque ratio aperte demonstratur ex Florentinae Reipublicae facinoribus, quae ab Historicis post Guelphorum, & Ghibellinorum partium originem, usque ad Constantiense Concilium referuntur.

Octo-

III.

Octovirūm Custodiae & Baliae Magistratus origine demonstrata antiquae Florentinorum Criminales leges illustrantur, novissimaque a quibus antiqua legislatio sublata est, referuntur. De veteribus Cessantium & Fugitorum Constitutionibus, & de Ordinamentis iustitiae contra Magnates disseritur.

IV.

Sicuti quartum Codicis nostri Volumen decem respicit obiecta, de hisc ideo decem rebus in quartā bac Dissertatione habetur sermo, ac I. De Turrīs Officialibus & quinque rerum. II. De Contractuum Vectigalibus. III. De Iudicūm & Notariorum Arte. IV. De ceterarum Artium Consulibus V. De Extimis. VI. De variis aliis legibus, cuius est titulus „ Tractatus, & Materia Extraordinariorum „ VII. De Legibus sumptuariis. VIII. De Constitutionibus Agrariis. IX. De ludis. X. De Ponderibus & Mensuris.

V.

Quatuor in partes, iuxta Statuti ordinem, quinta haec Dissertatio dividitur. I. Differit in ea de Officiis Reipublicae intrinsecis, & Maioribus & minoribus, de devetis & scrutiniis, eademque in parte Militares etiam leges Florentinorum antiquae memorantur. II. Quae fuerint oblationes & Tributa Florentiae Communi debita, & Divi Io. Baptiste aliorumque saeculum diebus, statuitur. III. De Salis, Vini & Dominationum Decumis in parte Dissertationis tertia fit sermo. IV. De Officiis Extrinsecis, scilicet de Tribunalium Provincialium iurisdictione.



AD



A D P R I M U M
S T A T U T O R U M
V O L U M E N
DISSE R T A T I O.

QUI in ea esset sententia suis in
legibus Florentiam easdem passam
esse vicissitudines, quas pro va-
riis temporibus reliquae Italiae
Etruriaeque Civitates expertae sunt, a ve-
ritate non aberraret. Vixit enim a Dolab-
bella antiquis Etruriae Populis, (1) & Tur-

A 4 reao

(1) De Etruscorum legibus verba facere unum
idemque est, ac frustra tempus conterere. Quam-
vis enim procul dubio sit Philosophicis disciplinis,
& Politica arte, ut peregregie *Io. Lampadius Cl.*
Vir.

reno Lucumone imperfecto, quaedam huius Provinceiae Urbes Municipia fuere, (1) & legibus huic regimini convenientibus usae sunt. Quum vero Octavio, Antonio, & Lepido Triumviris placuerit in eas Coloniam deducere, tunc Etruriae Gentes se se legum Romanarum praestantiae ac dignitati subiecisse (2) cum Gellio credendum est. (3)

§. II.

Vir. in sua „ de Etruscorum Philosophia „ Dissertatione testatur, Etruscos imbutos fuisse, & argumentari possimus leges etiam habuisse, quibus usi maxime sint, nulla tamen extat memoria. Etruscorum regimen, imago & simulacrum fuit societatis illius, quae Greciam Romanamque Rempublicam ad tantum evexit splendoris fastigium. Monesquieu Esprit des loix liv. IX. Chap. I. Foederatum igitur fuit Etruscorum Imperium, uti foederatum illud Batavorum appellari potest; Etrusci autem procedente tempore, cum canones illos, a quibus regitur foederata Respublica, neglexerint, & peculiari pacto primum, qui ait „ foederatae „ Societatis salus supremo lex sit „, quae quidem salus, nisi se invicem in mutuis opportunitatibus foederatae Civitates tueantur, esse non potest, & sibi proprium excidium paravere, & Romanis illas debellandi gloria fuit. Vid. praelaudati Iean. Lampridi Dissertationem „ Det Governo Civile degli „ Antichi Toscani. „

(1) „ Municipia Italiae splendidissima sub hasta „ venierunt Spoletum, Interamnum, Praeneste, „ Florentia „ Florus Histor. lib. 3. Cap. 21.

(2) Claud. Caesar in suo Commentario, cuius verba legimus apud Frontinum in suo libro „ de Coloniis „ Vid. Lami Antiquit. Florent. test. VII. pag. 202.

(3) Cell. Noct. Attic. Lib. 16. Cap. 13. in fin.

Vjnn,

9

§. II. Cum igitur a Romanis Leges in posterum acceperint Florentini, Florentinorum ergo Nomothesis, Edictum perpetuum Salvii Iuliani, Codex Sanctionum Antonii, verique Imperatorum, post Hadriani mortem a Papirio in vulgus editus, appellari merito poterat, quibus Constitutionibus adiungi posse existimo quascumque tulit Hadrianus leges, eiusque Successores confecerunt, ac demum Gregorius & Hermogenianus Iurisconsulti Constantini tempore in unum collegerunt (1).

§. III. Mirum profecto est primis temporibus Florentinos summa in extimatione a Romanis ipsis habitos fuisse; Quamvis enim a Praefecto Praetorio Etruria regetur,

Vinn. §. 2. *Instit. iur. Nat. Gent. & Civ.*
arbitratus est municipia melioris conditionis fuisse Coloniis „ Ait enim „ quia municipiis concessam „ erat ut suis legibus & moribus, uti possent; Co- „ loniae autem iura & Instituta Populi Romani „ non sui arbitrii habebant „. At id fortasse asserit nullo habito discrimine inter Municipiorum Constitutiones, quae obscurissimae erant, & legum Romanarum nobilitatem & excellentiam. Quamquam enim Civitates in quas Coloniae deducere sunt, ferendarum legum proprium ad arbitrium libertatem amisissent, meliori tamen pacto Romanis legibus se gubernarunt. Giannone *Istoria Civile del Regno di Napoli Lib. I. Cap. 1.*

(1) §. iijdem temporibus ff. de Orig. iuris Bu-
daeus in L. 2. ff. de stat. boni. Iac. Gothofred. in
proleg. ad Cod. Theod. Tertullian. Apolog. 4.

tur, sicuti ceterae Italiae Provinciae, nihil tamen secius quosdam eos habuisse peculiares Administros ex Theodosiano Codice compertum est, uti erant Urbis Romae Vicarii; Viri Consulares, Correctores (1), & quod maxime advertendum censeo, Florentiae degebant (2) ex quo inferre possumus tunç temporis Florentiam, ceu Gothofredus (3) ratus est, primam Etruriae Urbem fuisse, seu Etruriae Μητρόπολιν.

S. IV. Antiochi postea; Maximini, Sperantii, Apollodori, Procopii, Epigenii, aliorumque cura in unum collatae fuere Constantini Magni Sanctiones, quae cum iis potissimum, quas Christiana Respublica profitebatur, conveniebant; (4) & quo veteris, & Paganae Iurisprudentiae monumentum saltē extaret (5), in eumidem pariter Codicem collecta fuere Papiniani, Pauli, Caii, Ulpiani, ac Modestini scripta, quae Iuris auctoritatem iubente Valentino III. obtinuerant; (6) eumque Codicem Theodosius Theodosianum appellari voluit; (7) & iuxta

(1) Giann. *Istoria Civile del Regno di Napoli* Lib. 2. Cap. 2.

(2) Leg. 8. Cod. Theod. de Accusationibus.

(3) Gotb. ad Leg. 8. Lam. „Antichità Fiorentina“ pag. 217.

(4) Gotb. in Proleg. ad Cod. Theod. Cap. 12.

(5) Gotbof. loc. cit. Cap. 1. & seqq.

(6) Giann. „Istoria Civile“ lib. 2. Cap. 6. pag. 111.

(7) Novell. 1. Theod.

iuxta novas Theodosii Constitutiones, uti
ceteri Italiae Populi (1) ita Florentini se-
se gubernarunt.

§. V. Quamvis Gothi Italiae Provincias
occupaverint, nihilo tamen minus Codex
hic fuit Florentinorum Nomothesis. Alari-
cus enim Theodosii sanctiones in unum re-
collectas auctoritate sua comprobavit, (2)
& quamquam, uti duce Gelasio Pontifice
(3) Donatus ab Asti animadvertisit (4), a
Theodorico centum quinquaginta leges la-
tas fuisse constet, si attende tamen illas
perpendamus Romanas leges dumtaxat esse
liquebit.

§. VI. Theodorico Evarici opera e vi-
vis sublato ad Regni Italici honorem Ger-
manus ipse Evaricus evectus est; novoque
sub hoc Rege Gothi legum instituta habere
coeperunt; nam antea, Isidoro teste (5),
moribus tantum, & consuetudine teneban-
tur,

(1) Giann. loc. cit. cap. 7.

(2) Duk De usu, & auctorit. Iur. Civil. &c.
lib. 2. cap. 6. §. 14.

(3) Decret. Grat. Distinct. 10. cap. 12.

(4) „ Dell' uso, e autorità del Gius Civile nell'
„ Impero Occidentale „ lib. 1. cap. 2. Sidon. Apol-
lin. in Carmin. de Narboni.

„ mihi Remula duduim per te iura placent,,
Aliisque in loco appellavit Theodoricum

„ Romanae columen decūlque Gentis. „

V. Grot. Proleg. hist. Gotbor. Giann., Istoria Ci-
vile ec. lib. 3. cap. 1. pag. 150.

(5) Cbroni. Aera 504. Sidon. Epist. 3. lib. 8.

tur, nec inficiari posse arbitror, tunc temporis in multis Europae, & praesertim Hispaniae Provinciis nullo in precio Theodosianas leges habitas fuisse, idque praecipue factum est, suadente Romanorum pessimo viro Seronato Galliarum Praefecto, qui exultans Gothis, insultans Romanis, illudens Praefectis, leges Theodosianas inculcans, Theodoricianaque proponens nova tributa inquirebat (1); quadere Romanis ipsis melius erat cum Gothis vivere, quam sub potenti Romanorum esse ditione, & grave tributi iugum preferre (2); In tanta tamen rerum perturbatione asseri potest Theodosianas leges minime siluisse in Italia (3).

§. VII. Iustinianus, qui expulsis Italia Gothis, non sua sed Belisarii virtute, exstipavit Imperatoriam Maiestatem oportere legibus armari, Triboniano imperavit, ut decem annorum spatio duorum millium voluminum immensam congeriem intra breviores fines coarctaret, & huiusmodi novissima legum collectio omni quidem laude ab Italis recepta sola iuris auctoritatem obtinuit (4).

§. VIII. Emunctae naris Iurisconsulti Fran-

(1) *Sidon.* lib. 3. cap. 1. & lib. 2. cap. 1.

(2) *Ibid.* in *Cron.* aera 447.

(3) *Giannon.* lib. 3. cap. 1. pag. 150.

(4) *Artur. Duk de auct. Iur. Civil.* lib. 2. cap. 3. §. 1. *Giann.* lib. 3. cap. 3. §. 5.

Franciscus Hotomannus (1), & Christianus Thomasius (2) quid maxime reprehenderent in hoc Romanae Jurisprudentiae Codice invenerunt, eorumque iudicium Laurentii Valle (3) iudicio praferendum existimo, qui assertit hos quinquaginta legum libros ita perfectos esse, ut vehementer ipse nil iis dignitate, ac aequitate praestare contendat.

§. IX. Neque adhaerendum videtur Suidae (4), & Procopii (5) criminatioibus in Iustinianum, neque iis, qui nimiis laudibus Iustinianum celebrantes, prudentissimum, atque eruditissimum Virum extitisse putarunt. Nam qui libere de eo scripsere, Principem quidem non omnino indoctum fuisse demonstrant, quamvis in eo quam maximam superstitionem, scholasticamque eruditionem reprehendant (6).

§. X. Quod ad Tribonianum attinet, fatendum quidem est fuisse prudentissimum, seu potius solertissimum eorum temporum virum, & ad tantum conficiendum opus imperitum, & inexpertum, uti ex eius Codice aperte evincimus; frequentes enim legum antinomiae, legum corruptio, partim

ob

(1) *Anti-Tribonianus.*

(2) *De Naevis Iurisprudentiae.*

(3) *Elegant. lib. 3.*

(4) *Vit. Iustinian.*

(5) *De Bell. Goth.*

(6) *V. Thomas de Naevis Iurisprud. Praef. Naev. 1. Iurisp. Iustinian.*

ob detractionem; partim ob novi iuris adiunctionem, repetitio ac verborum eorumdem geminatio, Iuris antiquati & antiqui recensio, de Tribonianii operis dignitate ac maiestate quam maxime detrahunt (1).

§. XI. Huiusmodi Romanae leges, uti superius animadvertisimus, in Italia receptae, non quemadmodum sentit Grayina (2) ab Italia ipsa exularunt, cum eae devenerent aetates, quibus Longobardi Italiam occuparunt. Nam quae eo tempore non solum a Longobardis, verum etiam a Francis & Burgundis emanarent, eae vel presumptae a Romanis fuere, vel Romanorum indolem repraesentare visae sunt; adeoque Daniel Ritterus (3) sub Longobardis praeter Patrias leges, Romanas in usu fuisse probat, easdemque usque ad Caroli Magni tempora extendit, cum ius Alaricianum (4) a Galliis foro accommodandum in Italiam inventum fuisse contendit, ipsiusque Iustinianum ius ad Lotharium usque siluisse demonstrat. Praeterea Clarissimus Antonius Ludovicus Muratorius (5) in suo ad Longobardicas leges prooemio testatur Iustinianum

(1) *V. Thomas. loc. cit. Hotomann. Anti-Tribon. Cap. 9. per totum.*

(2) *De Ort. & progress. Iur. Civil. pag. 73.*

(3) *In Praef. ad Cod. Theod.*

(4) *Vid. Ritter. loc. c t. §. hic Codex*

(5) *Dissert. Med. aevi 32. pag. 276.*

num Gothis expulsis, ut suis parerent legibus, Italicas Provincias coegisse, sed iis a Longobardis occupatis, patrio quo Longobardi flagrabant amore, Romani iuris robur ipsi imminuere, quanvis a veritate alienum minime sit eosdem Italiae incolis Romanorum legum usum liberaliter concessisse.

§. XII. Quod sub Longobardorum aliarumque Nationum imperio nil usui, Romanarumque legum auctoritati sublatum fuerit, Paullus Diaconus indicare videtur, qui Longobardorum Historiam ab Eutropio incęptam perfecit; de hac enim re ne verbum quidem affert; sed ut luculentius hoc manifestum sit Leonis IV. Pontificis ad Lotharium epistolam perlegere non alienum existimo (1), ubi Pontifex efflagitat „Imperatoriam Clementiam, ut sicut Romana lex viguit absque universis procellis, & pro nullis persona hominis reminisceatur esse, corrupta, ita suum robur, propriumque vigorem suo etiam aevō obtineret .. Denique quum Longobardi, novi in Italia Principes appellari possent, necessum erat Italiae populis recens sub eorum potestate redactis suarum legum usum concedere. Libenter enim populi novo

(1) *Decret. Gratian. Distin. 10. cap. 13. Donat. d'Asti*, „ Dell'uso, e autorità della ragion Civile nelle Provincie dell' Impero Occidentale „ lib. 1. cap. 2. pag. 26.

vo sese imperio subiiciunt, sed ipsis præ novis legibus & institutis, maxime molestum est veteres mores immutare; Principum vero, populos aut novis, aut aliis legibus vivere, parum interest (1).

§. XIII. Hoc tempore in Italia mos invalidit, qui Gallorum Papiniano Carolo Molino (2) teste, a Childerici I. aeo in Galiam inductus fuerat. Feudi enim in Italia origo Longobardorum Regno tribuenda est, qui Romanorum consuetudinem imitantates, eorum Ducibus, uti virtutis proemium, seu ut libentius militarent propria rura defendentes, ea in beneficium concedebant (3). Hinc factum est, ut Etruriae quoque Civitates praesidentibus huiusmodi Ducibus Longobardorum tempore regerentur.

§. XIV. Neque Etruria universa unius tantum Ducis Imperio paruit, ut Cosmus Rena (4), & Franciscus Florentinus (5) opinati sunt; et si enim Fredegarius (6) in Chronicis seculo VII, Ducem Provinciae huius

(1) *Donat. Abt. loc. cit.*

(2) *Consuet. Parisiens. Tom. 1. cap. 11, de Fiels §. 13. Turonens. Histor. Francor. lib. 4. cap. 43.*

(3) *Molineus loc. cit. §. 11. Lamprid. apud Loiseau des Offices lib. 1. cap. 1. §. 104. in fin.*

(4) „ Della serie dei Duchi, e Marchesi di Toscan. „

(5) *Vit. Comitissae Matildiae.*

(6) *Relatus est a Murrator. Dissert. Med. Aev. §. pag. 42.*

uius Trasonem cominemoret, inferri tamen
minime potest, eum universae imperasse
Etruriae, cum Fredegarii verba unum suisse
ex Etruriae Ducibus Trasonem significant.
Hi vero Duces Longobardico more unius
tantum Urbis Praesides erant, qui sese ad
Regum constitutiones referentes, nullam
condendarum legum potestatem habebant(1).
Nil autem attinet accuratius examinare quod
nam fuerit subsequentibus temporibus tum
Marchionum, ac Ducum, qui nonnulla
Etruriae loca occupaverant, tum Vicario-
rum Imperialium, & Pontificiorum Impe-
rium, dominatus, Iurisdictio. Etenim ea
omnia sunt adeo dubia, confusa, pertur-
bata, & Scriptorum dissensione involuta,
ut nemo quamvis diligens antiquitatis in-
vestigator veritatem possit expiscari. Quo-
circa quicumque eorum seriem, gesta, do-
minationem, potestatem enucleate descri-
bere aggressi sunt, variis erroribus impli-
cati saepe fluctuant, & dubia & incerta
pro certis, & obscura & ignota pro notis
affirmarunt, ut facile esset ostendere, nisi
id ab instituto nostro esset valde alienum,
atque omnino supervacaneum.

§. XV. Egregia inter Longobardorum

B in-

(1) Ex leg. 13. lib. 6. tit. 26. Cod. Theod. colli-
gimus,, quod uti Imperialis dignitas, militiae
caussa orta est, tale etiam nomen *Ducis*, armorum
tantum caussa natum esse.

instituta hic loci jure meritoque recensendus videtur „ Codex legum antiquarum . „ Rotharis enim Rex Longobardicas , Francias , Burgundicas leges collegit , easque leges ipsas complexus est in Codice legum Antiquarum , quem postea ipse Rotharis nuncupavit „ Edictum „ . His etiam ipsius Rotharis successorum Grimoaldi , Liutprandi , Rachi , & Alphonsi aliae leges adiungi possunt , & eam Liutprandi potissimum constitutionem legere optimum puto , quae anno eius Regni decimoquinto lata est (1) , qua praecipitur „ at qui cartulas scribunt „ sive ad leges Longobardorum , sive ad „ leges Romanorum , non aliter faciant , „ nisi quomodo in ipsis legibus continetur ; „ nam non contra legem Longobardorum , „ aut Romanorum scribunt , quod si non „ sciunt , interrogent alios „ et aliam (2) qua fanticum est a Liutprando sui Regni anno decimo septimo „ Mulier postquam „ Marito Romano se copulaverit , & ipse „ ex ea Mundium fecerit , Romana effecta „ est , & Filii , qui de eo Matrimonio nascuntur , secundum legem Patris Romani sint „ . Ex his enim apertissime eruitur Longobardorum Principes nil Romanorum legum dignitati , auctoritatique detraxisse , et si ipsi suum

(1) *Vid. Cod. leg. Antiquar. lib. 1. tit. 29. leg. 2.*

(2) *Vid. eundem Codicem lib. 2. tit. 8. leg. 1.*

19

suum Codicem per se promulgaverint (1).

§. XVI. Longobardicas leges, Romano iuri in prudentia, & aequitate saepenumero antecellere, nemo est qui dubitet; nec Gravinae (2) subscribere omnino possum sententiae, qui finxit eas omnes esse barbarici ingenii libidines, & belluinas; id enim de peculiaribus tantum quibusdam eorum constitutionibus afferendum puto, & id praecipue de Feudalibus inferius demonstrandum a nobis erit.

§. XVII. Quidquid, ut verum fatear, alienum potissimum a ratione in Longobardorum Codice videtur, est antiquus Longobardorum usus, ob quem in rebus dubiis, & ambiguis, criminibusque gravioribus Monomachiae decisionem libere committebant; nam hujusmodi institutum, quidquid sit quod non immerito Alciatus (3) a Graecis oriri arbitretur, apud Longobardos praecipue in usu fuisse eorum Historia maxime declarat, ac huiusc purgationis tum in Civilibus tum in Criminalibus caussis omnem rem duello, ut aiunt, committendi, diu inter Christianos usus invaluit (4); Liutprandus sane experimenti immanitatem cognoverat, verum propter suae gentis Longobardorum

R 2 con-

(1) *Donat. Abt. lib. 1. Cap. 2. pag. 22. &c. 23.*

(2) *De Ort. & Progress. Iur. pag. 73.*

(3) *Alciat. de Duello Cap. 1.*

(4) *Cuiacius lib. 1. de Fendis Tit. 1. §. si autem.*

consuetudinem, legem impiam se vetare non posse est arbitratus (1).

§. XVIII. Aliud purgationis genus barbarum & inhumanum quidem fuit periculum ferventis vel aquae frigidae, vel lamineae carentis, quo etiam Christiani usi sunt, ducto more, argumento nescio an bono, a Moise qui potionem illam stupri insimulatis mulieribus dari iussit, & adeo processit huiusmodi indignitas, ut & leges scriptae adhiberi ignitos vomeres, vel aquam frigidam, aut calidam litium dirimendarum gratia apud Longobardos praeceperint (2).

§. XIX. Ast nil mirum si in hoc uberrimo legum Codice quid barbari extet & inhumani habita potissimum ratione temporum, rerumque vicibus. Ceterum melioris notae Auctores inter exterias Gentes, quae eo tempore Italiam dominatae sunt Longobardam laudant, & aperte demonstrant, in prudentiae civilis peritia nulli alii secundam fuisse, quadere tot tantasque bonas, utilissimasque leges, iuxta temporum opportunitates evulgavit, appositeque Poeta (3) cecinit.

Gens

(1) *Lib. 1. leg. 23. tit. 9. de Homicid. liber. hom.*

(2) *Struv. Histor. Iuris Grim. Cuiacius lib. 1. de Feudis loc. cit.*

(3) *Iunciferus in Ligurino Grotius proleg. ad Histor. Gotbor.*

Gens astuta, sagax, prudens, industria;
solers,
Provida consiliis, legum iurisque perita.

§. XX. Longobardorum Imperio sublatto, Longobardorum leges infirmatae minime sunt, & eo pacto, quo Carolus Magnus Longobardicas leges iuris robur obtinere decrevit, id etiam de legibus Romanis statuere non est dignatus; idque asseri potest contra Gravinae sententiam, qui statuit ob diuturnam barbariem, quae Italianam inundaverat, ius Romanum, etsi magno studio, deletis Longobardis, a Carolo quae- situm fuerit, exemplariorum tamen inopia, longa populorum oblivione usque ad Lo- tharium Imperatorem II. in tenebris deli- tuisse; verum non intelligo, quomodo li- teratissimus vir tam puerili ac falsae opi- nioni subscrisserit. Nam etsi a veritate a- lienum non sit in Occidentali Regno Ro- manos defuisse Codices, fieri tamen vix potuisse videtur, ut Carolus Magnus, qui summopere Romanas leges probabat, pro Byzantii proximitate, ubi earum volumina custodiebantur, illinc in Italianam eas trans- ferre minime curaverit. Quod si per con- trariam sententiam Iustiniani leges in Ita- lia desuevisse Caroli aevo adserendum sit, cuius rei falsitatem inferius demonstrabi- mus, supererant tamen adhuc Theodosii

volumina, Theodosique leges saepissime in suis Capitularibus Carolus ipse commemorat. (1) Alaricianum tandem ius, quod foro accommodandum Carolus mandavit, nil aliud quam iuris Romani specimen fuisse paulio ante statuimus.

§. XXI. Carolus Magnus nullis Italiae peculiaribus legibus consuluit, Etruriaeque Urbes statim ac Caroli fidei se commisere, novam regiminis recepere formam, iisdem que Urbibus Duces, uti Florentiae *Guldbbrandum*, quibus illas tuendi cura esset, adsignavit, legumque professionem Etruriae, uti ceteris Italiae Urbibus, lubens reliquit (2).

§. XXII. Huiusmodi vero legum professio sub Ludovicō Pio in usu summopere fuit, quamquam Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis, ut Burgundicae de medio tollerentur, ab eo exposceret (3), idque praeципue de Lothario primo sentiendum est. Ipse enim anno iam octingentesimoquarto legem Romae tulerat, qua cautum est, ut rogarentur populi qua lege vivere vellent, eaque viverent, quam sibi meti ipsi libenter selegissent (4).

§. XXIII.

(1) *Capitular. 17. quartae Edit. & Lib. 6. Capitul. 281. Donat. Abi. lib. 1. Cap. 3.*

(2) *Borghin. part. 2. in Differt. „ Se Firenze „ fosse distrutta da Totila „ pag. 265. & 281. Paulus Minius „ Della difesa dei Fiorentini „ pag. 75.*

(3) *Vid. Libell. adversus Gunegundam*

(4) *V. Ged. Longobard. lib. 2. tit. 57.*

§. XXIII. Inter Cultiores Iurisprudenciae Patres differitur, an eo tempore singulariter Iustiniani Codex in Italia in usum esset, & in Italia pariter extarent vulgati Pandectarum libri, antequam Pisanae hodieque Florentinae reperirentur Pandectae.

§. XXIV. Sola Hermanni Contracti (1) auctoritas dubium solvit; Ille enim Imperatoris Henrici II. gesta descripsit, eiusque laudi quod „ leges Romanas infinitas ab „ breviatas collegerit, legesque, quae Iustinianae dicebantur, composuerit „ non immerito tribuit.

§. XXV. Hic quoque loci advertendum est ipsius Lotharii II. sub Imperio, a quo fabula inventi Codicis Amalphitani emanavit, plures Historicos, quos inter recensentur Alexander Abbas Cellesinius, Petrus Diaconus, Falco Beneventanus, Otho Episcopus Frisiae, aliique quamplurimi, qui Amalphitanae Urbis infortunia descripserunt, de hoc novo reperto Codice, ne verbum quidem fecisse; & qui Lotharium magnopere commendarunt, dummodo tam praeclarum inventum silentio praeteriissent, ipsi Lothario detraxissent non parum laudis.

§. XXVI. Neque animadversionum, Commentariorumque ad leges Iustinianae defectus validum argumentum esse potest, quo Italiam Iustinianeis legibus eo tempore

re caruisse demonstretur. Nam de Longobardorum legibus idem evenit, potissimumque rationem, cur ab Irnerio usque ad aetatem nostram tot expositiones, commentaria, & consilia inveniantur, ex legum Iustiniani oblivione eruere minime datum est. Suum robur Irnerii tempore obtinebat Iustiniani Edictum, a quo sapienter interpretationes omnes interdictae sunt, & quatenus nonnullae ad opportunitatem Caussae per Iurisconsultos scriberentur, lite a Judice absoluta, eae quoque perpetua oblivione dispersae deperibant.

§. XXVII. His addendum est, Romanas leges, praecipueque Iustinianaeas ante Lotharium, & Irnerium ab illius temporis Scriptoribus suis in libris memoratas fuisse, posthabitum Conciliorum, Patrumque locis, in quibus Iustinianum Codicem imitatum comperimus, & quod ad Institutiones attinet, huius rei testimonium videre est apud Ivonem Carnoetensem „ continetur tamen „ in libro Institutionum de Heredibus, quia „ prius testamentum posteriore dissolvitur „ (1), & penes Azonem Episcopum Vercellensem legitur (2) „ Sed si qua per adoptionem soror tibi esse cooperit, quandiu qui-

(1) Epist. 210.

(2) In Epist. scripta ann. 945. Azoni Episcopo Edit. per D. Lucam Acherio Specilegii Tom. 7. pag. 113.

„ quidem constat adoptio sane inter te,
 „ & eam nuptiae consistere non possunt „
 „ & apud Petrum Damianum tandem (1) „
 „ Illud etiam in testimonium deducebat,
 „ quod *Iustinianus suis* inseruit *Institutis* „
 „ eodemque loco eiusdem textus verba relata,
 ad suam comprobandam sententiam reperiuntur (2).

§. XXVIII. De Codice pariter in superius exposita Azonis Episcopi Vercellensis Epistola mentio fit, maximeque in iis eiusdem Iwonis Carnoetensis verbis „ Hinc „ etiam habetur in libro constitutionum, si „ quis sine dotalibus Instrumentis affectu „ maritali uxorem duxerit, non audeat si „ ne caussa legibus cognita repudium ei mit „ tere „ (3); quae lex est ultima Codicis Iustiniane in titulo „ *De repudiis.* „

§. XXIX. Quod autem ante Lotharium, & Irnerium extiterint Digesta, omnium Iurisconsultorum responsa testantur, quae in Decretis Burcardi, & Iwonis Carnoetensis facillimum invenire est. Ea enim nullo ex alio fonte, uti animadvertis Franciscus Roi ses (4), quam ex Iustiniani Pandectis dimicare poterant.

§. XXX. Nulla demum ratione habita
au-

(1) *De parentelae gradibus Opusc. 8. in princip.*

(2) *Vid. Cap. 8. & 9. eiusd. Opusc.*

(3) *Epiſt. 173.*

(4) *Institut. Canon. lib. 1. cap. 5.*

auctoritatum ab Antonio Contio relatarum, ut apertum sit, Novellarum ex Graeco in Latinum Sermonem versionem vivente Iustiniano factam fuisse, manifeste liquet, & Novellas constitutiones Iustinianae in Italia patiter ante Lotharium 11. Augustum minime defuisse; Id enim ex Edicto praesertim Caroli Calvi ad Pontificem Hadrianum II. colligitur „ Scitote „ inquit „ in Canone „ Africani Concilii legitur, similiter in XI. „ Novellarum Iustiniani libro, ut nemo Episcopus, aut Presbyter aliquem excommunicetur, antequam causa probetur „ ; (1) neque minus probanda est hac in re Apologetica Epistola Hinemari Archiepiscopi Rhenensis ad Hinemarum Archiepiscopum Neapotem, praelaudatique Iyonis Carnoctensis (2) auctoritatem de harum Novellarum constitutionum existentia dubium de medio tollere manifestissime appetet.

§. XXXI. Quum igitur Iustiniane Codicis leges omni aevi in Italia extiterint, ecquid de singulari illo Antiquitatis monumento, Pisis a Caponio strenuo Militiae Duce expugnatis, Florentiam translate constituendum est? Guido Grandius non sine eruditionis copia in sua de Pisani Pandectis Epistola probare contendit, (3) Burgundio-

(1) V. Epist. 163. lib. 3. Ioannis VIII Papae

(2) Epist. 173. 244 283.

(3) Epist. de Pand. pag. 22. & praeceps pag. 26.

dionem Iudicem Seculo XII. Pandecten Constantinopoli Pisas detulisse. Ast si quod sentio fateri licet, Pisis omni aevo hos Pandectarum Libros fuisse cum Senckembergio (1) credere; namque, uti superius animadvertisimus, & in diversis aliis Italiae Civitatibus omni tempore pariter eosdem extitisse constat, satisque compertum est Irnerium Iurisconsultum ante assertum Amalphitanum inventum ius Civile Bononiae docuisse Anno MCXXVIII., ceu ipsi Bononienses in Epistola quadam ad Nicusium (2) tentur, quem uti ex Odofredo (3) colligitur, Pepo praecepsit, quod sane nomen, quamquam Clarissimo Breckmanno teste (4) tam inexperto homini conveniret, privata tamen auctoritate Digestorum leges Pepo professus est (5).

§. XXXII. Florentinorum fere divino ingenio, quod raro inventis addidit, sed potius scientias anteaactis temporibus saepissime instauravit, ut novam illud Iurisprudentiae lucem afferret, relinquebatur. Acurius Florentinus Azonis Discipulus eo aevo exortus est, cuius excellentem doctrinam ipsi

(1) *Senckembergius de recept. Iur. Roman in Ital.*
cap. 3. §. 26. Differ. inserta in Opusc. editis Pisis ann. 1770. Typis Augustini Pizzorno Tom. 6.

(2) *Heinecc. Histor. Iur. Rom. lib. 1. §. 414.*

(3) *Ad L. 1. ff. de Iust. & Iur.*

(4) *Histor. Pandect. lib. 1. cap. 9. pag. 52.*

(5) *Heinecc. loc. cit.*

ipſi celebrant Iacobus Cuiacius (1), & apud Mornacium (2) Franciscus Duarenus, quod eo mirandum magis est, quum tardius ipſe, quippe iam quadragenario maior ad Iuris prudentiae studia ſeſe contulerit (3), & ſumma quidem eorum non dicam inſolentia, ſed immanitas, qui parvi momenti peccata aut condonant viro, quae non ob iuris inſciam, ſed ob temporum iniuriam ſuis in operibus commiſſa reperiuntur. Hi enim non cogitant tanto magis admirandum eſſe Acurſii ingenium, quod & iſpis praefidiis deſtitutum acutius nonnumquam vidit, quam quifquam posterorum, quibus ad elegantiores literas, & antiquitatem notiones pertinentes minime defuere.

§. XXXIII. Is erat legislationis noſtræ status Lotharii II. tempore, quo etiam Lotharii I. lex illa adhuc in Italia in uſu reperiebatur, qua cautum fuit de legum, uti aiebant, profeffione, adeoque Etruriae etiam Populi, aut Longobardica, aut Salica, aut Romana utebantur. Quod autem tunc temporis Pisani, & Florentini, vi, absque Imperatorum privilegio, aut affenſu libertatem ob-

(1) Observ. 12. 14.

(2) Ad Leg. 2. §. Hoc autem, Cod. de Veter. Iur. Enucleand.

(3) Pancirol. de Clar. leg. Interpret. II. XXIX. Vid. Elogium Acurſii inter edita a Iofepbo Allegrini Florentiae.

obtinuerint, nullus dubitandi locus relinquitur.

§. XXXIV. Sed, ut id liberius afferi possit, Pisanorum Annalia antiquissima consulamus. Ex his enim aperte colligitur Pisanos Anno MII. armorum vi subiecisse Lucenses, & anno MIV. eosdem Pisanos una cum Ianuensibus devicisse Sardiniam (1), certumque est Anno MLXXXI. Pisanos cum Henrico VI. Germaniae, & Italiae Regea pacta iniisse, quae apud Ughellium (2) in sua de Pisaniis Episcopis serie perleguntur, in quibus videre est Henricum promisso Pisaniis; se neque Ducem neque Marchionem in Tusciam missurum „ sine homi- „ num duodecim laudatione in colloquio „ facto sonantibus campanis „ (3), idque satis superque demonstrat, Pisanos Magistratum non mediocri quidem auctoritate praeditum creasse.

§. XXXV. Ricordanus Malaspina, & Ioannes Villanius qui res a Florentinis gestas accurate scribere conati sunt, referunt Florentinos, anno MX. nescio qua adhibita calliditate Fesuleam Urbem ingressos funditus eam evertisse, & captis Civibus Fesulanis ad Florentine Civitatis capessendos

(1) *V. Annal. Pisan. inter Rer. Ital. Script. Tom. VI.*

(2) *Italia Sacra Tom. 3. in Archiep. Pisan.*

(3) *Carlin. de Pace Constantiae cap. 1. §. 2.*

dos honorēs eos admisissē (1). Scipio vero Ammiratus (2) quidquid Malaspina, & Villanius afferunt quadam dubitandi ratione involutum arbitratur, maxime animadvertisens, illius temporis politico statui, hoc gerendi belli inter fe Urbium institutum minime convenisse, idque liberas tantum effecisse Urbes, eo magis quod post Hugi Ducis, huius Provinciae Marchionis potentissimi dominationem alii etiam Duces, & *Marchiones*, quos inter memorari possunt Bonifacius Mathildae Comitisae Pater, & Mathilda ipsa, Hugoni in Etruriae regimine successerint. Huiusmodi vero opinionem Muratorius (3) non immerito reicendam censuit; compertum enim est ex literis Iacobi Episcopi Fesulanī Anno MCCVIII. de Fesulea Urbe mentionem fieri, & in Corradi I. Imperatoris Diplomate apud Ughellum distinctum a Fesuleo Florentinum Territorium invenimus. Historici etiam nos monent Florentinos, ob Fesulanæ Arcis obſistentiam, quae se Florentinorum imperio subiicere deditabatur, eam ad deditonem subeundam coegisse. Ab omni vero dubitatione alienum est Florentiam, Pisam, aliasque Etruriae Urbes bella inter confines gestisse, ac

(1) *V. etiam Murat. Antiquit. Ital. Tom. 3. Diff. fert. 47. pag. 81. &c. 82.*

(2) *Histor. Florent. lib. 1.*

(3) *Diff. 47. Tom. 1. pag. 82.*

ac tali pacto pertaeſis Florentinis, quod Oppidum Montisboni vētigal quoddam a Mercatoribus solvi mandaverit, illud obſi-
dione coepiffe, eoque everso, eorum Iuri-
ſdiſtioni illud adiunxiſſe; ac ita referente Ammirato Iuniore (1) Florentini Comitem Ugierum ad pacta coegere, atque uti pacis pignus ab Ugerio tria Oppida ſcilicet Collēm Novum, Silanum, Tremalumque re-cepérunt (2).

§. XXXVI. Ex hiſce Pifanorum, & Florentinorum libertatis argumentis eruitur, cur Mathilda tandem perempta, quae Imperatoriae Maieſtati numquam obtemperaverat, & Pifarum, & Florentiae Urbes nullius Ducis imperio parere amplius voluerint, ex quo factum est, ut Augustali profligato Praefecto, novum regimen ortum Florentiae fuerit; Hinc Lucensem Urbem Anno MCXXIV., Pifas Anno MC LXIV. Florentinorum exemplum (3) creatis Consulibus conſecatas eſſe ex illorum Historia tempo-rum comprobatur (4).

§. XXXVII. Penes Consules eo tem-
pore fuit Civitatis regimen, ideoque ipſi
vel

(1) *Historiar. lib. 1.*

(2) *Murat. loc. cit.*

(3) *V. Differt. — De libert. Florent. eiusque Do-
minii — pag. IV.*

(4) *Ioann. Lami = Antichità Fiorentine = in
Praefat.*

vel publica negotia tractabant, vel Iudicia exercebant; pacta pro Commercii securitate perficiebant (1); iura aliquibus concedebant; fidelis devotionis Sacramentum pro Civibus praestabant; regalia detenta restituebant; aderant ad iudicium pro suo Populo in controversiis dirimendis; pacta & foedera inibant, pro Reipublicae bono conventiones faciebant; bonorum possessionem confirmabant; iuramentum accipiebant; Civis in Albo describebant; Societates, Indicias aliis cum Civitatibus statuebant; & Privilegiorum confirmationem pro suo populo expostulabant; cum denique summa publicarum rerum penes Consules esset Potestas Civitatum exemplo, in Castris etiam & Villis Consules dicti sunt, qui Rempublicam administrarent (2).

§. XXXVIII. Libertate accepta *Statuta Municipalia*, seu ius Civile propriae Civitatis Etruriae Populi sibi condere cogitarunt, eaque iura statuere, quae ad legitime regendam Civitatem magis apta existimarent: quod cum perpendendum hic loci mihi proponam, primum demonstrare satagam, ante Constantiae pacem proprias leges eos condere sibi coepisse, quas postea auxerunt, & diligentius in Codices redigere curarunt. Id p^raet aliis ostendit *Concordia Pa-*

(1) *Murat. Tom. 2. Antiq. Ital. pag. 345.*

(2) *Carlin. de Pace Constantiae cap. 1. §. 6.*

Pactorum, paci antecedens, quorum unum erat, ut Consulatum & Potestate habeant, sub quo homines eius Civitatis, & eius Episcopatus, & *Districti* sese convenirent, & distinguerent ad iustitiam faciendam, & punienda delicta, secundum quod a Civitatibus statutum esset (1) ..

§. XXXIX. Sed cum Civitas, quae a maiori quadam potestate pendet, eatenus sibi leges constituere posse, quatenus ab eo huiusmodi auctoritas, cuius imperio subiicitur, ipsis demandata est, uti sentit Iacobus Oyselius ad Caii Institutiones, (2) hac de causa cum sibi leges populi fecissent, curae etiam iisdem fuit, ut ipsae in pactis deinde cum Augusto Regnante confirmarentur.

§. XL. Quo tempore leges Italici Populi sibi constituere incooperint, si de anno sermo sit, sane incertum; verum tamen est, se suaque regere, & gubernare instituisse, statim ac Civilem libertatem sunt adsequiti (3). Tali pacto Ioannes Lamius (4) iam ante Constantiae pacem a Florentinis perfectum

C fectum

(1) *Carlin. de Pace Conf. cap. 10. §. 1.*

(2) *Lib. 1. Adnotation. 7.*

(3) *In Breve Recordationis de Ardicio, & de Ardinibus legitur anno MCII. Ardicium nota fecisse populo Brixensi Ordinamenta, quae facere cogitaverat ad providendum contra Usurarios. Hoc Breve editum fuit a Ioanne Biemmo.*

(4) = *Antichità Fiorent. = praefat.*

fectum fuisse municipale Statutum demon-
strat, illiusque Constitutiones ad verbum
describit; si autem de earum antiquitate
aliquid requiratur, eae revera ad eam ae-
tatem sunt referenda, qua Pisanae latae
sunt leges, Anno scilicet MCL., quas Gui-
do Grandius in sua de Pisanis Pandectis
Epistola enumeravit (1).

§. XLI. Quod attinet ad Pistoriense
statutum Muratorius non immerito quidem
arbitratur Anno MCXVII. absolutum fuisse;
Indictio enim ix. de qua in eo mentio fit,
& Annus septimus Henrici inter Impera-
tores IV. eo cum anno concordant; mihi
etiam plurimum suadet Uberti Benevolen-
sis opinio, qui existimat, illud Autographum
non esse, sed antiquum eius exemplar.
Quidquid tamen & Muratorius & Benevo-
lensis inquirant vel in Consulum origine
investiganda, vel in Inscriptione emenda-
da rem in incerto esse fateantur opor-
tet (2).

§. XLII. Interea mihi demonstrasse fa-
tis sit ante etiam Constantiae pacem Etru-
riae Civitates Statuta confecisse; ad hanc
enim comprobandam rem praelaudatus Be-
nevolensis nos monet, in Hospitali quodam
servari Senensem Statutorum antiquum
exem-

(1) *Murat. Dissert. Med. Aevi Tom. I. Diss. 20.*
pag. 293.

(2) *Carlin. de Pace Confl. cap. 10. §. 2.*

exemplar, quae 'anno circiter MCCXX. con-
gesta fuere, ex quibus una cum Carli-
nio (1) colligimus Senenses etiam ante Con-
stantiae pacem propria leges habere debuisse.

§. XLIII. Inficiari minime possumus
haec peculiaria, & antiquissima Statuta, &
illud praesertim a Lamio memoratum, Con-
sulum officium aliorumque Reipublicae Ad-
ministratorum tantum designare. Nam eo
tempore, uti diximus, Etruriae Gentes Ro-
manam Longobardicamque legem commu-
nem adhuc habebant, & id quoque acci-
disse videtur ob Politicam earum Rerumpu-
blicarum constitutionem; eae enim in ipsa-
rum libertatis primordiis, legum immensa
copia, quibus postea replete sunt, omnino
carebant.

§. XLIV. Imperatores, qui Italiae fere
totum Imperium amiserant, iurium Maie-
statis liberum exercitum saepissime Italicis
Civitatibus impedire studebant; adeoque aut
Marchionem, aut *Ducem*, aut *Comitem*,
seu tandem Praefectum Augustalem, qui
omnes Caesaris tantum vices agebant, in
Etruriae etiam Civitates mittere posse au-
tumabant; iisque ductus rationibus Frideri-
cus *Aenobarbus* diu amissum Imperium de-
nuo Germanis Imperantibus coniungendum
excogitavit.

§. XLV. Itali vero non minori animi
C 2 ala-

(1) *Loc. cit.*

alacritate recens acquisitam libertatem sum-
mopere existimantes, & memoria Caroli
Magni Othonisque I. fortunam repetentes,
attenteque inspicientes politicum Italiae sta-
tum, optimum putarunt foederatam socie-
tatem inire, in quam sicuti Mediolanenses,
Brixienses, Veronenses, Paduani, Vicentini,
& Veneti, aliique Galliae Cisalpinae po-
puli consenserunt, Longobardorum societas
appellata est.

§. XLVI. Hoc foedere constituto, cu-
ius vim qui non videat Politicae artis &
Iurisprudentiae universalis Scriptorum ne-
minem esse arbitror (1), factum est, ut su-
perbo Friderico devicto, ipsoque in Germa-
niam reverso anno MCLXXXIII., Constan-
tiae pax illa absolveretur, quae quidem Ita-
licam libertatem confirmavit. Et revera
eam Dominiorum divisionem, quae in Ita-
liae Civitatibus ortum habuit, in Constan-
tiae pace, eam, inquam, magis, magisque
confirmatam fuisse ultra demonstratione non
eget (2).

§. XLVII. Res ita in Gallia Cisalpina
fese habebant; cum autem de Etruria in
Constantiae pace mentio minime facta fue-
rit, Imperatores Regale ius in easdem Etru-
riae Civitates extendere praesumebant; ve-
rum

(1) Montesquieu *Esprit de Loix* liv. 9. chap. 1.

(2) V. *Acta Pacis Conf.* penes Carlinium cum
suis, & Muratorii animadversionibus.

37

rum e Cl. Muratorio colligimus (1) anno
MCXCVIII. Longobardorum ad instar foedera-
tam pariter contractam fuisse societatem Etru-
riae inter populos , cuius erat Dux Episcopus
Volaterrarum foederataeque Civitates fuere
Florentia , Senae , Perusium , Arretiumque .

§. XLVIII. Neque foedere iuncta illa
societas spe Etruria frustrata est . Ratio enim ,
qua deinceps Etruriae gentes Fridericum
contempserunt , odium , quo Othonem IV.
totamque Friderici sobolem sunt persequiti ,
iura tandem Maiestatis per eas omni liber-
tate tractata nos apertissime docent , quid
boni pro Etruriae felicitate ex hac foede-
rata coniunctione oriretur .

§. XLIX. Quoniam vero de Friderici I.
tempore sermo instituitur , memoriae mandan-
dam hic loci summopere arbitror quarundam
legum collationem , tum temporis exara-
tam , quae quamvis a Viris Clarissimis Cur-
iacio , & Hothomanno ingeniorum carnifi-
cina appellata fuerit , nihilominus recepta
in Etruria est (2) .

§. L. De feudorum origine dictum alibi
est ; nulla vero lex ante Corradum Salicum ,
quae Feudorum naturam , & Feudales suc-

C 3 cef-

(1) *Murat. Dissert. Med. Aevi 48. Tom. 3.*

(2) *V. Prospectum Novi Codicis Florentini MS.*
in Biblioteca Excellentissimi Viri Pompeii Nerii
Magni Etruriae Ducis a Consilio ; bodie impressum
in Tom. 2. decisi. Audit. Nerii Badia eius Patria.

cessiones moderaretur, adhuc lata fuerat, & consuetudine tantum hac in re Italiae Populi tenebantur (1). Quinam Iurisconsulti huic operi curam praestiterint, sub Iudice lis est. Obertum ab Orto communis diu fuit opinio ante Cuiacii tempora, Gherardi Nigri auxilio, has Feudales Constitutiones collegisse; verum doctissimus Cuiacius manifestissime demonstravit Feudalium consuetudinum auctorem minime fuisse Obertum, ea maxime ductus ratione quod in ea collectione quamplurimae perlegantur sententiae, quas Obertus ipse improbavit; cum autem sententiae istiusmodi Gherardo tribuantur, Gherardum primi libri dumtaxat auctorem nuncupari posse autumavit. Alii, ut Montanus (2), a Cuiacii sententia non dissentit, primique Feudorum libri Auctorem Gherardum fuisse existimat.

§. LI. Hae constitutiones licet a privatis Viris scriptae fuerint, ab omnibus tamen Italiae populis ita receptae sunt, ut iam inter iuris Civilis Romanorum partes enumerarentur, librique Feudorum post Iustiniani Novellas Collationem decimam constituerent; hos libros Fridericus Ænobarbus Bo-

(1) *Cuiacius lib. 1. de Feudis.*

(2) *Montan in praelud. Feud. ad L. Imperiale num. 3, Giann. — Istor. Civile del Regno di Napoli — lib. 13. cap. 3. pag. 303.*

Bononiam misit (1), ut in ea Academia peregerentur, & in Archigymnasiis omnibus sequenti aevo ii publice interpretati sunt, & omnibus in Curiis ad definiendas caussas adhibiti (2).

§. LII. Interea quamquam Municipibus non solum legibus, sed extraneorum etiam constitutionibus Florentia uteretur, plenissima tamen cum libertate a Consulibus regebatur, & uti Arturus Duckius (3) una cum Bartolo ait (4) omnia supremorum Principum iura exercebat; quadere Platinae (5) & Machiavelli opinioni adhaerete minime possum; qui arbitrati sunt a Rodulpho Imperatore anno MCCXXVII concessam fuisse Florentinis, duodecim millibus aureorum acceptis, libertatem. Vincentius enim Borghinus (7) non immerito arbitratus est, id cuidam tantum solvisse Imperiali Praefecto sponte fere Florentinum vexantem territorium, ne inimica arma in illud verteret, inquieta Ghibellinorum secta viribus ad se se defen-

C 4 den.

(1) *Francisc. Crass. de Orig. Iur. Mediol. in praef.*

(2) *Artur Duck de Auctior. Iur. Civil. in Dom. Princip. Chriſt. Lib. 1. cap. 6. §. 7.*

(3) *Cap. 3. §. 6. lib. 2.*

(4) *In leg. bostes ff. de Captiv. & Postlimin.*

(5) *Vit. Honorii Papae.*

(6) *Histor. Florent. lib. 1.*

(7) *Tom. 1. Difſert. — Se Firenze ricomprò la libertà da Ridolfo — .*

dendum aptis infirmatum (1). Qui vero existimarent Florentiam libertatem emisse, eos in anachronismum incidisse Borghinus animadvertisit. Aiunt enim contrariae opinionis sectatores statis regiminis formam eodem anno MCCXXVII. Florentinos immutasse, idque inferunt ex novo *Priorum Artium Magistratu* anno MCCLXXXII. creato. *Priores* autem nulla habita ratione novitatis studii electi sunt. Hi enim non alia qua *Consules* antea auctoritate pollebant; afferique tantum potest, ea de causa primum immutatum fuisse Magistratum, ob insolentem Ghibellinorum coetum, qui cum Latino Cardinali inita pace locum in illo occupaverat; cum vero Novus Magistratus artibus praefaset, superbique Ghibellini, eidem adscribi novi munericus causa deditarentur, ita Florentini a Republica gubernanda eos removendi opportunitatem captarunt. (2)

§. LIII. Hic vero loci de politico Florentinae Civitatis statu sunt animadvertisenda nonnulla. Erat ita distincta Civitas, ut ex iis, quos Maiorum Nobilitas commendaret, eorum ordo constitueretur, quos, uti videatur, invidiae causa, potentes vulgo homines

(1) Quo pacto propriam libertatem adversus Imperatorem Rodolphum defenderint Florentini in aperto est in *Dissert. Iosephi Averan.* cuius est titulus *De libertate Florentinae, & eius dominio* pag. 7.

(2) *Borgh. loc. cit.*

nes appellabant: populi quidem duplex erat ordo, in quorum altero, qui ditiores opulentioresque erant, quorumque ratio in Magistratum Comitiis habebatur, in altero ex infima plebe homines, & qui sordidas artes exercerent, quibusque praeccluderetur aditus ad honores, censebantur, atque hi quidem in medii ordinis homines, quod & proprior illis accessus videretur, inclinabant. (1)

§. LIV. Exinde fiebat, ut cum illi Nobilitate, & divitiis, hi numero, viribus praefarent, ubi in honorum contentione veniebatur, vici Magnates multitudinis consensione in suffragiis praeterirentur. Plebs enim cum hostili odio a Nobilitate dissideret, facile ab eorum causa pendebat, quos suae libertatis vindices futuros, ubi potentes Cives res novas molirentur, atque eorum audaciae observere, & cupiditati existimarent. Ita nobiles homines, quibus haud facile esset ius suum adeo adversis populi studiis retinere, eas leges sunt accipere coacti; quae quidem cum ad augendam populi potentiam adversariorumque minuendam a popularibus hominibus latae essent, tanquam earum condendarum causa in his constitisset, gravi illis atque insigni apud posteros nota inusta, leges de potentium ambitione, & libidine coercenda diu appellantae sunt; in his praeter alias de ambitu severe latas,

erat

(1) *Michael. Brut. Histor. Florent. lib. 1. pag. 3.*

erat quibus cavebatur, ne cui, qui ex potentium ordine esset, domo egredi per noctem liceret, qui egressum interficeret, ei id apud Magistratum, populumve fraudi nefret (1).

§. LV. Tali pacto Florentinorum Nomothesis, quae uti superius animadvertisimus, iam ante Constantiae pacem initium habuerat, magis magisque progressa est; quum vero Florentini bene popularis Regiminis formam instituere omnino curarent, anno MCCLXXXV. Tedaldo Brixensi Praetore, populique Duce Corrado, cuius Patria erat Sorexina Territorio sita Mediolanensi, primum ipsi collegerunt Codicem, cuius potissimum obiectum fuit, popularis libertatis iacere fundamenta, publicumque potius Nationis, quam ius privatorum continuuit. Nam sexaginta, & decem Rubricae, quas complectitur ad novam Democraticam bene componendam administrationem pertinent, ut ex eodem Codice eruitur, qui ab antiquissimis usque temporibus in Florentinae Sanctae Mariae Novellae Coenobii Bibliotheca, ut clarissimum Antiquitatis Florentinae monumentum, integer servatur.

§. LVI. Legum harum conditores ad popularis regiminis institutionem nulla Cæsaris habita ratione sese converterunt, & in Romanae Aulae favore tantum captando
om-

(1) Brut. loc. cit.

omnem operam impendere maluerunt; adeo que nil decrevere, quod Iuris Canonici recens introducti legibus adversaretur. Et vera „Concordia discordantium Canonum“, a Gratiano Monaco anno MCLX. Eugenio III. Pontifice compilata in Italia recepta est, ac et si erroribus permultis (& primus error est titulus) & Isidori, Hieronymi, Augustini, Gregorii apochriphis constitutis repleta, summaque confusione exarata inveniatur, adeo ut ne summorum quidem Virorum diligentia a tantis indecentiis eam expolire valuerit, & denique quamquam a privato homine perfecta fuerit, nihilo tamen minus tanta erat tunc temporis in Italia, atque in Etruria praeferentim eius auctoritas, ut omnium consensu prout unicum iuris Canonici Corpus ipsa habita fuerit (1). Quae etiam in Italia possimumque in Etruria Canonum collatio iuris auctoritatem obtinuit, eam proculduo censemus, quae a Raymundo Pennaforte exarata fuit. (2) Nam Gregorii IX. auctori-

(1) *V. Prospectum novi Codicis Florentini MS.*
in laudata Bibliotheca Exc. Viri Pompei Neri
Magni Etruriae Ducis a Consiliis bodie impressum
in tom. 2. decis Neri Badia eius Patris Mastri.
Hist. Iur. Canon. Struv. Histor. iuris Canon. §. 17.
Fleury Instit. Canonice, part. 1. cap. 1. §. 10.

(2) *V. laudatum prospectum = dicitissimam*
quamdam Consultationem Advocati Assumpti Fran-
ceschinii in Causa Testamento Petri Sardii art. 1.
impress. Florentinae 1758.

ctoritas efficere potuit, ut eam universi Italiæ populi, omni studio, omnique cura re-
tiperent, & omnes in Academiis Anteceffo-
res perlegerent, quae in novissimo Decre-
talium Codice continerentur. Bonifacius po-
stea VIII. Cardinalium Mandagotii Archie-
piscopi Ebrodunensis, Berengarii Fredello,
& Richardi e Malumbro Senensis cura (1)
anno MCCLXXXVIII., adeoque paullo post re-
censiti superius Statuti Florentini evulgatio-
nem, Decretalium librum sextum in lucem
edidit suaque peculiari constitutione, no-
vum hunc Ecclesiasticarum legum Codicem,
tum in omnibus Pontificii Status Universi-
tatibus, cum in publicis Italicarum gentium
Academiis perlegendum decretiv. Quod
summopere factum est in Italia. Dissidia
enim inter Bonifacium, & Regem Philip-
pum Pulchrum collationem hanc Francis su-
spectam reddiderunt. (2) Accessit tandem
novissima Clementinarum collectio, in qua
continentur, quascumque in Viennensi Con-
cilio anno MCCCXVII. Clemens V. promul-
gavit constitutiones, quae a Ioanne XXII.
publici iuris postea redditae sunt, ipsas
que leges Ioannes Villanius (3) una cum
Aven-

(1) *V. Bullam Bonifac. ad lib. Decret.*

(2) *Fleury Instit. Eccles. part. 1. cap. 1. §. 14..*
Boehmer in not. sub num. 2. pag. 9.

(3) *Histor. Florent. lib. 9. cap. 2.*

Aventino, & Michaele Caesenate septimum Decretalium librum appellarunt. (1).

§. LVII. Interea eo tempore Florentinorum primi Magistratus vulgo „*Priorum Artium*„ vis & auctoritas in immensum creverat, & progressa erat. Quum autem ab antiqua Piores eligendi forma Florentini declinaverint, saepissimeque dictiores potentioresque Prioratus dignitatem adsequentur, forti demandandam esse huiusmodi electionem anno MCCCXVIII. communis suffragio, lata lege, cautum est (2).

§. LVIII. Optimae quidem leges, secundarum civilium contentionum causa latae sunt; ast nihilominus, sicuti quamdam e fundamentis efformare Rempublicam facilis videtur, quam malos & inveteratos mores e quadam Republica evellere, iuxta illud Politicorum axioma, tali paecto, discordia & metus, summo suae felicitatis dispendio a Florentina Republica nunquam exularunt. Hic anno MCCCXLII. Walterius, sive uti aiunt, Athenarum Dux, Nobilium consensu, & dissentiente plebe Reipublicae Principatum usurpavit; Neque est, qui ne- sciat quae nova damna quaeque infortunia ob tam immanem effraenatamque tyrannidem in Republica exortientur. Florentino- rum

(1) Struv. *Histor. Iur. Canon.* cap. 7. §. 27.

(2) Ved. *Priorista* = *Fort. Foro Fiorent. MS.* cap. 1. §. non prima.

rum tautum libertati arrisit Fortuna. Quum enim nil violentum durabile sit, Tyrannique dominatio omnibus exosa, ab iniusta usurpatione, parvo temporis intervallo elapso, & vi expulso Walterio imperium, & libertatem amissam receperunt; ceterum per Florentinos non stetit, quin eo tempore Walterius in dominationem, & Tyrannidem libertatem verteret. (1)

§. LIX. Eiecta e Civitate Tyrannide aurea in Republica aliquantis per, rediit felicitas, permulta eque eo tempore Constitutiones ad id potissimum, ut popularis componeretur Respublica, evulgatae compriuntur; sicuti vero hae permulta erant & dispensae, tam immensa volumina de integro retractare, & in corpus unum redigere opus heroicum futurum putarunt. Id etiam cum factum fuerit leges super alias leges in Civitate cumulatas esse, Divinus Franciscus e Verulamio (2) a Civitate agendum esse demonstrat.

§. LX. Seculo igitur XIV., & anno apprime MCCCLIII. iuris Florentini publici privatique habemus Codicem, qua mille & trecentae Rubricae continentur, & cuius primi quatuor libri Praetoris dicuntur, quatuorque Populi Ducis, sive uti aiunt Iudicis

a quo

(1) *Vid. Dissert. V. §. XXIX.*

(2) *De Arg. Scient. lib. 8. Apborism. 59. de nov. digestis legum.*

47

a quo &c. primi quatuor; Iudicio ad quem &c.
quatuor alteri (1).

§. LXI. Huiusmodi Codex, quem Fo-
renses diu multumque ignorarunt Thomae
ab Eugubio illius aetatis Iurisconsulti cele-
berrimi opus est, cui sociam operam nava-
runt Lapus Pratensis Iuris Candidatus, Iad-
dae usque Lapius publicus Florentinus Tabel-
lio (2), & qui perlegere illum amaverit,
tum in Archivo Capitaneorum Partis, cum
in Archivo, cui Reformationum nomen, &
in Magliabechiana Bibliotheca invenire con-
cessum est.

§. LXII. Et mole, & rebus & obiectis
Thomae ab Eugubio Statutum, ab altero dif-
fert, quod anno MCCCCXV., uti inferius vi-
dendum est Castrensis compilavit. Primi Le-
gum Conditores, quum popularis regiminis
institutioni, nulla Caesaris habita ratione,
Romanae Aulae favorem tantum captantes,
operam impendissent, nil constituerunt, quod
iuri Decretalium novissimo, recens introdu-
cto adversaretur. In altero autem Codice
absolute perficitur Florentina Respublica,
Civium consulitur tranquillitati, Civiles
conduntur leges, quae *xar' ἐξοχην* privatae
dicuntur; & quamvis Guelphorum antesi-
gnana fuisse Florentia, attamen mutatis
tem-

(1) *Codex hic integer servatur in Capitaneorum
Partis Archivo, hodie Communitatum Camerae.*

(2) *Vid. proemium huius Stat.*

temporum conditionibus nullam amplius Aulae Romanae rationem habuit, multaeque in eo Codice Rubricae quibus rebus etiam publicis Ecclesiasticis consultum est, inventiuntur; quapropter, & de Haereticis, & de immunitate personali, & reali ipsa personae statuit, quamquam deinde rogante Martino V., Ioannisque Cornuensis Apostolici Protonotarii, Legatique opera, aliquantum ipsis legibus fuerit derogatum (1). Tandem si quis umquam ad scribendam Civilem Florentiae Historiam, qua caremus, animum appelleret, Castrensis Codex operi tam illustri praestabit fundamentum. In eo enim praeter civile ius, ritus, Nationisque mores describuntur.

§. LXIII. Utile sane fuit Thomae ab Eugubio temporibus nostrae nomothesi, quod Interpretibus omnino caruerit; neque id Iurisconsultorum inscitiae aut inopiae tribendum puto. Nam in omnibus aliis Italiae Urbibus, & in Siciliis praesertim peculiares locorum constitutiones explanandi vigebat consuetudo, ut ex Marini a Caramanico, Andreae ab Aesernia, Lucue de Penna, Petri a Monteforte, Diomedis Maricarda, Lallii Tusci, Ioannis Grillo, Matthaei Afflitti, Ioannis demum Angeli Pisanelli expositionibus & Commentariis manifeste deducitur.

§. LXIV. Quod autem mirum videtur, illud

(1) *V. secundam Dissert. ad Stat. §. CL. & per tot.*

illud summopere est *Bartolum*, qui eo tempore in Etruria florebat, huiuscēdē Codicis libros suis commentariis haud exornasse. Ipse enim tanta erat apud omnes in existimatione, ut perridicule „speculum & lumen, cerna iuris, virtus iuris, Dux universorum, robur veritatis, auriga optimus, „Apollo Pythius, Apollinis Oraculum, ac „modo Pater, modo Magister, modo lumen iuris, appellaretur. (1) Baldum etiam summis honoribus sunt prosequiti Florentini. In eo enim decreto Reipublicae, quo Baldus ipse Civis Florentinus creatus fuit, magna sapientiae Virum appellarunt (2); quare quod Florentina legislatio Interpretes non habuerit, duabus causis tribuendum videtur.

S. LXV. Reipublicae non expediebat primo propriam legislationem effraenatae Forensium libidini subiicere, cum plerumque (si id fiat) Curia, non autem summus Imperans sit legislator. Huc accedit, quod eo tempore optima in Republica methodus invaluit suarum servandarum legum causa, ne ius antiquum cum antiquato, novum cum nuperrimo perturbaretur, adeoque una cum Iurisprudentia obscuraretur legislatio, quosdam creandi Syndicos, quibus esset fin-

D gulis

(1) *Gravin. de Ort. & progress. Iur. Civil. p. 86.*

(2) *V. Archiv. Reformationum Florentiae lib. F. pag. 175.*

gulis annis munus demandatum, ut iuxta temporum rerumque vicissitudines statuta emendarent, & Reipublicae Ordines corrigerent. (1)

§. LXVI. Florentinorum igitur Respublica huiusc fausti regiminis atque optimarum legum praesidio ceteros omnes potentia, & maiestate praestabat; ast tanta dignitatis accessione facta, ditoribusque solum summa contentione Reipublicae honores exposcentibus, idque iniquo animo obscuris atque humili loco natis hominibus ferentibus, vi atque armis, unde legibus atque institutis Civitatis repellebantur, aditum ipsi ad summos honores sibi patetfecerunt;

§. LXVII. Id accedit anno MCCCLXXVIII, qui fuit Wenceslai Caesaris annus primus, popularium caussam tuente Silvestro Medice, Guelpho ac factioso homine, qui deserta causa bonorum, atque Plebis patrocinio suscepto exemplum posteris prodiisse fertur, per infimorum hominum affectationem, oppressa nobilitate, sibi viam ad Reipublicae Imperium parandi. (2)

§. LXVIII. Cum diu igitur ob civiles discordias Respublica malis laboraret internis, ne ea tandem rueret in peius de sedando populari tumultu Capitaneus & Civitatis Opti-

(1) *Vid. quintum Dissert. §. XXXV.*

(2) *Macchiavell. Hist. Florent. pag. 206. Tom. I. Edit. ult. Michael Brut. Historiar. lib. I. pag. 9.*

51

Optimates cogitarunt, idque Kalendis Septembris eiusdem anni MCCCLXXVII. ab iis, qui res a Florentinis gestas Italico sermone conscripserunt, suscepit fuisse colligimus. (1)

§. LXIX. Id erat iis temporibus Reipublicae nostrae infortunium ob instabilem Florentinorum mentem, adeo ut non immemrito maior Poeta Danthes cecinerit (2):

Atene e Lacedemonia che fanno

Le antiche leggi, e furon sì civili

Fecero al viver ben un picciol cenno

Verso di te, che fai tanto sottili

Prouvedimenti, che a mezzo Novembre

Non giunge quel che tu d' Ottobre fili,

Quante volte del tempo che rimembre

Legge, Moneta, & Officio, e costume

Hai tu mutato, e rinnovato membre:

E se ben ti ricorda, e vedi lume

Vedrai te somigliante a quella inferma,

Che non può trovar posa in sulle piume

Ma con dar volta su dolore scherma.

ac ea potissimum de caussa Nicolaus Machiavellus Florentinorum Rempublicam illis Graecorum & Romanorum instabiliorum

D 2 fuisse

(1) De reformanda Rep. Instrumentum populum inter, Capitaneum, & Priors celebratum fuit, & receptum in actis „ Viviani Nerei Viviani de „ Zamboca „ Machiavell. Histor. Florent. lib. 3. pag. 237. Tom. 1. Edit. ult.

(2) Pergat. Cant. 6. in fin.

52

fuisse sapientissime ratus est. (1) Quid mi-
rum igitur si novis exortis contentionibus
anno MCCCLXXXI. nova regiminis forma orta
est in Republica, qua legibus anno MCCC-
XXVIII. promulgatis derogatum prorsus in-
venimus.

§. LXX. Eo igitur tempore Guelphi,
popularesque potentes Reipublicae Imper-
rium, plebeio sublato, restituerunt. (2) Lata
enim lex est neminem Vexilliferum eligi
posse, qui non ex nobili familia esset (3);
cum autem Cives in artium collegia adisci-
sicerentur (hae viginti & unius numerum
explebant) ex illis vii. quas maiores artes
appellari placuit, quae neque sordidae ne-
que illiberales essent, in quibus ex nobilis-
simis familiis Cives censebantur, Civitati
semper Vexilliferum sumendum esse cautum
est; idque ad ccccc. annum & XXXII. ob-
servatum, quo tempore Civitas coacta ar-
mis ius Imperii, libertatemque amisit. (4)

§. LXXI. Is erat Reipublicae status, qui
Florentiae post Georgii Scali mortem anno
MCCC-

(1) Machiavell. Praef. ad Histor. Florent. &
lib. 3. Historiar. in princip. Edit. ult.

(2) Machiavell. lib. 3. Histor. pag. 246. Edit. ult.

(3) Id constat ex alio Instrumento recepto ab
eodem Viviano a Zambuca „, Fort. Foro Fiorent.
MSC. cap. 1. „ De Signori Priori, e varie cose cir-
„ ca il loro Uffizio, e Carica“

(4) Michael Brut. Histor. lib. 1. pag. 8. Edit.
Junctae V. quintam Differ. nostram §. 20.

MCCCXXXIII. suam habuit originem; ac tam faustum Reipublicae constitutionem Thomae de Albizis primum, deinde Nicolai Uzanii, Bartholomaei Valorii, & Raynaldi de Albizis virtus substituit, ac tumultuantis plebis flagio usque ad annum MCCCCXXII. tantorum Virorum virtus defendit.

§. LXXII. Horum itaque fortissimorum Civium consilio factum Florentiae est, quod politices artis Magister sagacissimus Machiavellus noster necessario in nova restituta Republica evenire animadvertisit (1). Nam de novo generali legum Codice enucleando sapientissime cogitarunt Florentini, quo Nobilium non solum, plebisque iura statuerentur, sed etiam leges in infinitum auctae colligerentur in unum, contrariaeque tandem, ambiguæ, inutilès, per desuetudinem déletae constitutiones tollerentur. (2)

§. LXXIII. Bartholomeo a Monte Granaio, qui ob Praeturam Florentiae plures gestam, Florentinae legislationis plenam notionem habebat, ut novum legum Codicem conficeret anno iam MCCCCVIII. a Republica demandatum fuerat, eumdemque Codicem quatuor in libros divisum, qui adhuc in Reformatiōnum Archivo servatur, ipso anno compilavit, absque eo quod eo tempore, quo Bartholomeus ipse Praetoris

D 3 mu-

(1) Macchiavell. Histor. Florent. lib. 4. in princip.

(2) Vid. Proem. Stat. ann. MCCCCXV.

54

munus Florentiae gerebat, publici iuris redderetur. Ratum enim est prolixas nimium, & involutas esse leges, e quibus ipse Codex componebatur. Quum vero novi componendi Codicis, summopere Florentiae urgeret necessitas, eundem Iurisconsultum, ut Codicem suum corrigeret Florentiam revocandum esse statutum fuerat, qui sane, quum iam evivis decessisset, *Bartholomeo de Corbinellis, Ioanne Caccinio, Ludovico della Badeſa, Berardo Berardi, Antonio de Albizis*, in Montis Magistratu Officialium munus gerentibus, operis huiusc perfectio, Vulpio in Florentina Universitate iuris Antecessore, & Castrensi Iurisconsulto, ac Zabarella Florentini Episcopi Vicario demandata est, auxiliuque praebentibus decem publicis Florentinis Tabellionibus Florentiae Nomothesis Codicem duo hi Iurisconsulti, Bartholomaei e Montegranaro prementes vestigia, Anno mccccxv. absolverunt. (1)

§. LXXIV. Codex hic quinque partes sive libros amplectitur, de quorum primo in hac Dissertatione diffusius loquar, ordinisque servandi gratia reliquorum materiam per summa tantum capita commemorabo. Non alienum enim putavi ad singulos statutorum libros quaedam praefari, quae declarabunt Lectori quidquid in iis, tum quod

(1) *V. proœm. dict. Stat. ann. mccccxv.*

quod ad antiquitatem, tum quod ad legislationem Florentinam spectat, continetur.

§. LXXV. In hoc igitur primo Florentiae Iurisprudentiae volumine, *De extero-rum Officialium munere pertractatur*. Nam Democratici illius regiminis prudens cura fuit alienigenis quasdam Imperii partes demandare. Animadvertisit enim clarissimus Montesquieu (1), variis Reipublicae Magistratis, quorum maiestatem Reipublicae eiusdem Cives repraesentant, & ferendae & exequendae; ac iudicandi potestatem, summo Civilis libertatis dispendio conferri, & hac solum de caussa huiusmodi Regna ab Auctore ipso Dispoticis Asiae Imperiis aequi-parantur.

§. LXXVI. Officiales Reipublicae fo-rentes erant *Potestas*, *Populi Capitaneus*, & *Iustitiae Executor*, in quibus, uti ex nostro Codice colligimus, iudicandi facultatem tam Civiles, quam Criminales caussas, quae est una Maiestatis pars, confirmarunt. Nam anno MCCXV. quo primum Florentini eos elegerunt, postquam Buondelmontium, & Amideorum factiones pacatae fuere, huiusmodi ius obtinuerant. (2)

§. LXXVII. Multa in primo hoc statutorum volumine, quod centum & duas Ru-

D 4 bri-

(1) *Esprit. de loix* liv. ii. Art. 5.

(2) *Macchiavell. Histor. Edis. ult. lib. 2. pag. 94.*
& quintam Dissert. §. IV.

bricas complectitur, = de Electionariis (1),
De Officio, Salario, Familia Potestatis (2),
Capitanei (3), atque Ordinamentorum Iustitiae
Executoris (4) pertractantur; quae quidem
 omnia Democratico regimini, partisque
 Guelphae studioso omnino convenient; si-
 cuti vero in huiusmodi Regnis necessaria
 summopere illa censetur Maiestas, quae
 actis praecipue extensis sese demonstrat;
 ideo *Potestatem, Capitaneum, & Iustitiae*
Executorem, togata veste, militibus, equiti-
busque septem decorari, (5) & Iurisdictionis,
 meri, & mixti Imperii tuendi caussa = *Beroa-*
riss (sunt verba statuti) *de Barisello* = civi-
 lium sententiarum, poenarumque executio-
 nem eos committere posse sanctum est. (6)

§. LXXVIII. Ad annum usque MDII. iu-
 dicandi facultatem tum Civiles, cum Cri-
 minales caussas *Capitaneus* & *Potestas* habue-
 re, quo sane anno Capitanei officio deleto
Consilium quinque viris Forensibus, & in
 iure peritis efformatum crearunt, quod uti
 liquet ex lege anni MDV. *Rotam* dixerunt,
 & inter eos qui eo tempore huiuscce Magi-
 stratus maiestatem repraesenterunt, *Ludovi-*
cus

(1) *Rub.* 1. & 2. *Fort. For. Fiorent. cap.* 197.

(2) *Rub.* 4. 5. 6. 7. 10. 11. 12. *Fort. cap.* 27.

(3) *Rub.* 10. 11. 12. 13. 14. 15. 22. *Fort. cap.* 28.

(4) *Rub.* 10. 23. *Fort. cap.* 29.

(5) *Rub.* 22. *Fort. cap.* 29. *loc. cit.*

(6) *Rub.* 4.

tus Bologninus, Petrus Caballus, Nellus, & Geminianus & S. Geminiano, Camillus Lepidus, Ioseph Lodovisius, Hieronymus Magonius, Quintilianus Mandosius, Antonius Negusintius, Carolus Antonius Puteus, & Cardinalis Tusbus, iure merito cōnumerantur (1), qui revera Iurisperiti habita ratione barbarie, quae Italiā adhac inundabat, inter Iurisperitos recenseri poterant.

§. LXXIX. Penes hos quinque viros, *Auditores* deinde nuncupatos, *Potestatis dignitas* fuit, quae per tres antiquitus, per sex Menses deinceps exerceri coepit, & quamvis *Potestatis Iurisdictio* diminuta sit, praeeminentiae tamen retinentur. *Per multae* demum super celebri hoc *Magistratu* leges latae sunt (2), quae omnes variis temporibus antiquatas aut neglectas renovarunt; (3) idque anno MDCLXXVIII. pri-
mum, deindeque anno MDCLXXXI. sub vigili ac pāteria Petri Leopoldi cura in Etruria factum fuisse invenimus (4).

§. LXXX. In hoc etiam primo legum Florentinarum Volumine „de Officio Exactoris Cōdemnationum“, hanc pauca sta-
tuun-

(1) *V. Aud. de Comitibus in Carbologo Auditore-
rum Florentinorum. Tom. I. Decis.*

(2) *V. Leg. diei 29. Maii 1528. l. 26. Augusti
l. 1541. 30. Maii 1532. l. 13. Augusti 1560. l. 13.
Februarii 1571.*

(3) *V. Reformat. ann. 1678.*

(4) *V. Reformat. diei 30. Decembris 1771.*

tuuntur, (1) & in eo pariter Rubrica degitur „ *De electione & Officio Rationerorum* „ , talique pacto nuncupatos fuisse a Florentinis Officiales illos comperio, qui „ „ *ad revidendum, & reinveniendum rationes,* „ „ *& iura Communis Florentiae de Bursa* „ „ *extrahebantur* „ . Qui vero „ *Rationerii* „ eo aevo dicti sunt (2) nil aliud quam quod hodie „ *super Syndicorum* „ Magistratus munus a Cosmo I. Medice Anno MDXLIX. (3) instituti, repraesentabant:

§. LXXXI. Haec igitur in primo statuti libro tractantur. De Caussis Civilibus habetur sermo in secundo, & Iudiciorum systema praescribitur.

§. LXXXII. De Caussis, & Iudiciis Criminalibus, & de Ordinamentis Iustitiae contra Magnates, & de Obaeratis in tertio differitur.

§. LXXXIII. Obiecta quamplurima respicit quartus. Turris Ministros, contrachuum vectigalia, Proconsulis munus, Mercatorum Artificumque Societates Florentiae institutas, Censum, variasque statutarias constitutiones, quae inscribuntur „ *Tractatus, & materia extraordinariorum* „ , diversas ordinationes ad Agriculturam, lusus, pondera, men-

(1) *Rub. 41. 42. 44. 46. &c. seqq. usque ad 55.*

(2) *Rub. 60.*

(3) *Fort. For. Fiorent. cap. 235. de Sopraffidaci „ MSS.*

mēnsuras, & alia ad tranquillitatem, mun-
ditiem, ornatum Urbis, Fluminum Viarum-
que campestrium conservationem spectantia.

§. LXXXIV. Quatuor postremo in tra-
etatus partitur Quintus, agiturque de Prae-
sidum auctoritate, de Tribunalium iuribus,
in quo titulo res etiam Militares dirigun-
tur, de Censibus, & obligationibus Divi
Ioannis Baptistae die, aliisque solemnitati-
bus annuis Florentiae Communi debitibus,
de Salis, vinique Decumis, diversisque aliis
vectigalibus; in postremo tandem, cui no-
men „Officiorum Extrinsecorum“, de Tribu-
nalium iuribus extra Civitatem, & de Flo-
rentini Territorii populorum in diversis so-
cietatibus coniunctione, facta proculdubio,
ut sibi mutuo tam militaribus, quam Oe-
conomicis opportunitatibus auxilium ferrent.

§. LXXXV. Hi revera quinque libri
simul compilati & in privatis & in publi-
cis Bibliothecis minime inveniuntur, ac per-
fecte absoluti in solo Reformationum vulgo
Palati Archivo, & Excellentissimi Viri
Pompeii Nerii Magni Etruriae Ducis a Con-
siliis nuper vita functi Bibliotheca existunt.

§. LXXXVI. Suos hic habuit ultimus
Codex illustres Interpretes, quos inter emi-
net Alexander Salvius, qui sane quām fue-
rit in animadversionibus brevis & modera-
tus, partisque Guelphae studiosus, rubricam
„De observantia statutorum, et si dicantur
con-

, contra libertatem Ecclesiae , silentio prae-
teriit , uti Matthaeus Afflittus inter Fridé-
ricianas Constitutiones Regni Neapoletani ,
illam perillustrem „ De rebus Ecclesiae „
praetermisit . Thomas Salvettius etiam Iu-
risconsultus , Cästrensis Discipulus Anno
MCCCCXL . novissimam hanc interpretandam
collationem suscepit .

§. LXXXVII. Salvium postea & Salve-
tium multi consecuti sunt statuti Interpré-
tes , potissimumque Cardinalis Tuschus , As-
nius Novemvirum Assessor , Gerius Spina ,
Terentius Fantonius , Lenzonius ; & hodier-
nis temporibus Scurtzius aliquie , qui in
eorum incompositis libris , sive incultis
miscellaneis statutum , iusque Patrium in-
terpretati sunt .

§. LXXXVIII. Mirum profecto erit
Seculo xv . quo Budaeus , Politianus , &
Hermolaus Barbarus cultissimi legum do-
ctores florebant , & ius Romanum tanta
eruditionis copia illustrarunt , nostros statuti
Interpretes , serviliter barbariem sectantes
tam indigesta methodo has ad statutum ani-
madversiones confecisse ; verum sedulo co-
gitantibus , eorum qui rebus practicis neces-
sitate ducti operam impenderunt , cunctis
temporibus miserumi & commune hoc fla-
gitium fuisse , id omne admiratione nostra
carebit .

§. LXXXIX. Florentino statuto Ca-
stren-

strensis, & Bartholomaei Vulpii opera perfecto atque evulgato, cautum fuit, Florentinorum statutum servari ubicumque ius terrendi haberet Respublica, cuiuscumque loci peculiarium statutorum & legum intacto robore; quadere eo tempore Etruscorum legislationem ex Florentino primum aliorumque locorum statutis compositam fuisse luculentissime appareret (1).

§. XC. Etsi tamen sit ultimus Castrensis Codex amplissimus, & summa rerum capita Florentinae Reipublicae graviora contineat, cum fieri non possit, ut in uno generali statuto peculiaria omnia comprehendantur, ideo quibuscumque Florentinis Tribunalibus peculiaribus Constitutionibus diversis negotiorum generibus accommodatis consultum fuit.

§. XCI. Magistratum, praecipueque Artium diversae hae constitutiones ante Castrensis generalem compilationem perfectae sunt. Scipio enim Ammiratus (2) nos monet Artis Laneae Consules Anno MCCIV. subscriptisse pacis conventiones Florentinos inter & Senenses, quod una cum erudito quodam Auctore (3) validissimum argumentum.

(1) *Vid. celebrem legem „Urbem nostram „lib. 5. stat. Rub. 1. „ de Observantia statutorum.*

(2) *Histor. lib. 3. pag. 67.*

(3) *V. librum cuius est Titulus „Della Decima „ma „ Part. 3. scđt. 4. cap. 2.*

tum existimo Artis huius Collegium ipso Anno MCCIV. primum statuta condidisse, quas optimas Constitutiones in quarto Castrensis Volumine relatas perlegimus.

§. XCII. Ricordanus Malaspina (1) quoddam aliud Statutum Anni MCCCXXXVI. in Historiis commendat, quo Kallis malae arti, seu iis qui exteram mercem per eos perfectam Nationibus retrovendentes negotiabantur, provisum est. Haec vero ars a lanariorum arte differebat, quod Kallisma lae Artifices Florentinas, lanarii vero exter- ras merces vendere prohiberentur (2).

§. XCIII. Anno pariter MCCLIX. in unum integrum corpus Artis Cambii Sanctiones redactae sunt, quae proculdubio quantum in ea arte Florentini praefarent, luculenter demonstrant; nam sedulo perensis iis legibus, optimas in illis notiones comperimus super illius temporis Monetae pondere & precio, per eas innotescit, qua nota, quibusve impensis nummi cudendi caufa in reliquis Europae Monetalibus Oficinis opus esset, quod fuerit exterarum Gentium inter & Florentinorum Monetas discrimen: Ex iis tandem eruitur Florentinorum fuisse literarum cambii utilissimum inventum, uti post diligentem Virum Do-

mi-

(1) *Histor. Florent.* cap. 183.

(2) *V. Stat. Consulum Mercator.* lib. 2. Rub. 8.

minicum Mariam Mannium (1) Georgius Henricus Ayrerius (2), & Iacobus Du-Puy Laudati Mannii vestigiis inhaerentes (3) testantur.

§. XCIV. Sericae quoque Artis statuti antiquitas ab Anno MCCXXV. repetenda est. Namque huiusc Artis, quae alteram Florentiae gravissimam Commercij partem constituebat, eo tempore composita *Ordinamenta* leguntur, ipsiusque etiam Consules Senensium, atque Florentinorum pacis capita probasse, ideoque ab Anno MCCIV. eam Florentiae extitisse compertum est. Huiusmodi vero statuta in meliorem formam redacta publici iuris denuo facta sunt Anno MCCCXXXV. quo aevo permulta Commercii pacta Bononienses inter & Florentinos inita sunt, quae sane Florentinorum commercio incrementum afferre coepérunt,

§. XCV. Quamquam vero haec quatuor artes primae essent in Urbe, quae Civium & Republicae opes & felicitatem quam maxime augebant, permultae etiam aliae in ea florebant artes, quae peculiares constitutiones vetustissimas habebant, & Interpretum Glossis exornari meruere. Celebres idcirco sunt Petri Ancharam consultationes,

(1) *De Florent. Invent. cap. 52.*

(2) *De Cambiali Instituto §. 5. post Heinecc. de jur. Cambior.*

(3) *Delle lettere di Cambio*, cap. 2. n. 45.

nes, partim anno MCCCC. partim MCCCCIV.
in lucem editae, quae artis vulgo „ RIGATTERIORUM „ statutum illustrarunt, easdemque animadversiones ad alia confecere
artium statuta Dominicus Corsinius, Bartholomeus Popoleschius aliique, qui a Seculo
XIV. ad XV. florueret.

§. XCVI. Non deerit fortasse quispiam,
qui iis in statutis nonnulla parvi momenti
reprehendat; verum Cl. Muratorio teste (1)
in Beccariorum, Lanionum, Camporumque
artium Collegiis adscriptae erant Familiae,
quae nunc inter Nobiliores enumerantur,
cumque olim in Italiae Urbibus apud Populum & Artifices regimen foret; coacti
erant Nobiles eisdem artibus nomen tribuere, ut in Republicae munera partem
vocarentur. Quidam postremo sagacissimus
nostrae aetatis Philosophus (2) animadver-
tit,

(1) *Murat. Antiquit. Ital. Diff. 53. Tom. 3.*
pag. 160. & 161. & in Praef. Tom. 18. Scriptor.
Ital. Rer. pag. 104.

(2) *L' Amy des Hommes Tom. 3. pag. 365.* „ Le
„ terme Italien „ Beccajo „ qui offensa si fort
„ François I. quand ille trova dans le Dante, s'at-
„ tribuoit dans le tems, dont parloit cet Auteur,
„ a toute la plus hante Noblesse immédiate d'Ita-
„ lie. Ces Chevaliers envoyéz d'Alemagne pour
„ posséder le plus beux Fiefs, maître de la Cam-
„ pagne fournissoient le Villes de leurs Bestiaux,
„ & ce genre de Commerce étoit tellement an-
„ nexé au Fiefs, que la dénomination devint un
„ titre de supériorité territoriale, au Lieu d'être
„ un iniurie comme le crut le Roi „

65

tit, eos qui Nobiliores dicebantur, quia
que feudum in Germania obtinuerant, con-
tinuum armentorum, & gregum commer-
cium exercuisse, ac huiuscē commercii ge-
nus, tali pacto feudo ipsi coniunctum fuis-
se, ut eius nomen territoriale quoddam
ius, non autem iniuriosam notam, uti Fra-
nciscus I. Galliarum Rex est arbitratus, de-
monstraret.

§. XCVII. Quoniam vero de statutis,
quae ante generale Castrensis Florentina
Respublica composuit variisque Magistrati-
bus accommodavit, sermonem instituimus,
advertisendum quoque est in Capitaneorum
Partis Guelphae Archivo adhuc servari an-
tiquum illius Magistratus legum Codicem,
quem Partis Guelphae Capitanet, Priors
Consiliumque Generale Anno MCCCLV. com-
probabarunt. Haec autem statuta Celeberrimi
viri Leonardi Arretini opera, ac studio
renovata, summaque dignitate & elegantia
descripta in eodem Magistratu inveniuntur.

§. XCVIII. Anno demum MCCCLXXXII.
absolutum fuit generale statutum, quo Mer-
cantorum Artificumque Societatibus, aut
Universitati insitorum, & aliorum Ta-
bernae administratorum iuribus & officiis,
& obaeratis Creditoribus consultum fuit,
eaeque Constitutiones primum anno MCCCC-
xcvi., deinde anno MDLXXVII. dequo com-

E pi.

pilatae, seu potius renovatae sunt (1). Ex hoc autem Codice eruitur, quae fuerit Florentinorum cura pro Commercii amplificatione & securitate, quaeque dolosis, fraudulentisve decodis poenae irrogatae, quemadmodum pacto, fortuito casu deperditis Mercatoribus subventum fuerit.

§. XCIX. Hisce constitutis manifeste colligimus omne robur ea quoque statuta Florentiae obtinuisse, quae ante Castrensis Codicem varii Reipublicae Magistratus sibi confecerant; quam ob rem asseri potest a Castrense universalem Florentinarum legum compilationem factam minime fuisse, quam innumeris legibus anterioribus omnino derogaretur. Illud tamen unum hic loci advertendum censeo, statuta Castrensis opera Anno MCCCCXV. perfecta, permultos quidem, sed non omnes variorum Tribunalium Codices comprehendere, ideoque antiqua Officialium Turris *Ordinamenta*, quae in libro vulgo „*Lunae*“ penes Capitaneorum Partis Guelphae Magistratum existunt, eadem ad verbum in quarto Castrensis volume relata sunt; idemque de illis Proconsulis & Artium quamplurimarum afferendum est.

§. C. Permulta postea adiectiones statuto factae sunt, quae veteres omnino refor-

(1) *Vid. Proemium stat. buius Franciscio Medice Magno Etruriae Duce renovati MSC.*

formarunt, immo saepissime temporum inservientibus necessitatibus, nova ex integro statuta componere Florentinis opus fuit. Et sane Pisis expugnatī & empto Liburno commerciique felicitate in infinitum aucta: novoque e Civibus sex Magistratu creato, qui rebus Maritimis praeesset, quem ea de causa „*Maris Consulum*„ appellarunt, peculiare idcirco huiuscē Magistratus statutum Anno MCCCCXXI. compositum legimus, (1) quod adhuc in Consulum Aedibus Pisis invenire possumus. Quamvis enim Anno MCCCCXXI., quo Cosmae Medices Patris Patriae consilio Magistratus hic habuit originem, Florentiae munus ei demandatum exerceret, ob Liburni proximitatem cautum est, ut tres huiuscē Magistratus Viri Pisis, tresque Florentiae manerent, quorum auctoritas postea Partis Guelphae Capitaneis adjuncta fuit.

§. CI. Inter Reipublicae leges connumerandae quoque sunt conventiones, quae Cosmae aevo cum exteris gentibus a Florentinis habitae sunt. Nam ob immensas potissimum Cosmae divitias, quas ipse a Balthassarre Cossa olim Ioanne XXIIII., magnique commercii caussa, quod a Persis ad Vandalitiam usque gerebatur, obtinuerat (2),

E 2 tan-

(1) *V. Prooemium d. Statuti.*

(2) *V. Instructiones huius expeditionis penes Lamium „Deliciae Eruditorum“ Tom. ... ann. 1738.*
pag. 129.

tanto in honore Florentinorum Urbs habebatur, ut ea praeципue ratione Anno MCCCCXXII. in Peloponnesium non solum ad Antonium Acciaiolum Corinthi Principem pro Commercii libertate per eas régiones obtinenda nuncios Florentiae Commune miserit, verum etiam eodem anno, paſta, sive, uti aiunt „Tractatus „Florentini cùm Soldano confecerunt, quibus ipſi sericum commercium facilius reddiderunt & in infinitum auxerunt (1).

§. CII. In Riccardiana Bibliotheca adhuc servatur Codex Authographus membranaceus, in quo declaratur, quantopere Florentini Seculo xv. de propria Nomothesi fuerint solliciti; anno enim MCCCCXXX. plurimi Partenopen translati propriis uti legibus cogitarunt; & hunc Codicem sibimetipsis, ut sese regerent, proposuerunt (2).

§. CIII. Tunc temporis Unionis Concilium Ferrariae anno MCCCC. inchoatum, indeque Florentiam translatum, & sequenti anno praesente Graecorum Imperatore Ioanne Paleologo in ea absolutum fuit; Illa igitur occasione capta Flōrentini ab eodeni Imperatore, quo facilius in Oriente Mercatura ab iis exerceri posset, varia ac diversa expostularunt privilegia, quae luculentiter

(1) Leibnitz Cod. iuris Diplom. pag. 163.

(2) Lam. „Antichit. Fiorentine. n Lect. 17. Tom. 2. pag. 523.

Ienter declarantur in Diplomate anni MCCCC-
XXXIX. ex quibus etiam aperte eruitur quo
pacto eumdem Imperatorem Florentini ipsi,
ut finis omnino religiosis dissidiis poneretur,
libenter exceperint. (1) Utilitatem etiam
non medioerem eo tempore Florentinorum
commerciū consequutum fuisse colligimus
habita ratione illarum immunitatum, quas
anno MCCCCL. tam in Siciliis, & ultra fre-
tum libere exercendi commercii caussa ab
Alphonso V. Aragonense obtinuerunt; in
eiusdem enim anni tractatu non solum an-
tiqua Florentinorum privilegia renovata,
verum etiam nova illis ex integro ab Al-
phonso concessa leguntur. (2)

§. CIV. Cosmo Medice triste exilium
ad tempus subire coacto optimae leges in
Republica filuere (3); Publicae enim felici-
tatis origo eo exulante deerat; Quadere
ut legislatio commerciumque custodirentur,
publico Reipublicae Decreto in Patriam
Cosmus revocatus est. Post Cosmi autem
reditum diversae extra Castrensis Codicem
vagantes leges latae sunt (4) quibus prae-

E 3 cipue

(1) Vid. laud. Diploma relatum post tractorum
v Della Decima „ Part. 3. sub num. 6.

(2) Lunig. Cod. Diplom. Tom. 3. pag. 1594.

(3) Michael Brut. lib. 1. pag. 36.

(4) Brut. loc. cit. Varillas les Anecdotes de Flo-
rence, ou l' Histoire secrete de la Maison de Me-
diciis liv. 1. pag. 18.

cipue cauti sunt de Florentini Domini Rectoribus, & quo pacto iura sua exerceste possent, de distrahendo pignore, de Homicidiis (1).

§. CV. Quum tandem Mahometes Othomannus anno MCCCCLIII. expulso infelici Ioanne Paleologo, qui & Galliae & Italiae Principum omni auxilio caruit, Constantinopolim expugnaverit, Cosmus tamen omnino curavit, ut ab ipso Imperatore triumphante Mercatores Florentini Orientis Commercium liberum obtinerent (2).

§. CVI. Magnum non solum ad domesticam, sed ad publicam etiam constituerunt potentiam praesidium amisisse videbantur tam Medices, quam Florentini omnes Cosmi unius morte; verum quoad fieri potuit, Cosmus optima consilia Petro Filio suadens, (3) ipsumque Mediolanensi Duci Francisco Sforiae, & Ferdinando Regi Neapolitano commendans, (4) post funus etiam & suae Familiae, & Reipublicae tranquillitati consuluit. Petrus Medices paternae mentis prudentiam ob illam forte sui

(1) *Vid. Extravag. legum libros in Magliabecchiana Biblioteca ec.*

(2) *V. Benedictum Dei in Chronic. post tractatum „Della Decima „ sub num. 9.*

(3) *Michael. Brut. Hist. lib. 1. pag. 46. & 47.*

(4) *Varillas les Anecdotes de Florence liv. 1. pag. 25.*

sui corporis imbecillitatem asequutus non est. Quae vero omni laude digna in eo inveniuntur duo sunt ut opinor; ac primo ad rem familiarem getendam, quae non minima erat, ipse fatis aptus habebatur; deinde Laurentii Magnifici Pater fuit, cuius prudentiae, & consilio tribuendum potissimum est, quod Respublica eo aevo summum Maiestatis, atque divitiarum incrementum obtinuerit. Nam quamquam Civis esset privatus Laurentius, tanta tamen erat eius prudentia & apud omnes existimatio ob continuum cum exteris Gentibus commercium, ut is Reipublicae solus arbiter fuerit, ideoque de eo quamvis Iuvene Reipublicae fatum regente cani iure merito poterat.

..... *Me stante cuncta quiescunt.* (1)
 §. CVII. Tunc temporis mortuo Paullo II. Pontifex renunciatus est Xystus IV. Civitas de more honorificentissimam legationem, cuius Princeps fuit Laurentius ad illum decrevit, quae Reipublicae nomine Pontificatum gratularetur. Ferunt eam Legationem novo in primis Pontifici gratiam fuisse, quod per eius rei occasionem dari sibi facultatem sperabat ad suas rationes Laurentium adiungendi. (2) Id sane per Xystum fieri poterat dummodo ipse Laurentii
 E 4

(1) *V. P Amy des Hommes Tom. 3. pag. 319.*

(2) *Brut. Histor. lib. 5. pag. 248.*

xentii votis in Cardinalium Collegio, ut
recenseretur Julianus frater exposcentis an-
nuisset; ut enim iniuriam ipsi a Pontifice
illatam ulcisceretur clam Riario obstatavit,
ut Tipherni primum ubi Nicolaus Vitellius,
& Faventiae deinde ubi Astor Manfredius
imperabat, ab eo usuratio fieret, cum ve-
ro Xysti immani ambitioni id adversaretur
omnino ex eo factum est, ut Franciscus
Pacius in Laurentium & Julianum Medices
coniurationem Xysto suaderet, quae porro
immanior fuit ob Raphaelis Sanzioni Xysti
Nepotis praesentiam, qui a Xysto in Etr-
riam studiorum caussa missus fuerat, neque
a Laurentio excogitari unquam poterat,
quod se ipso e vivis sublatu Republica
Régis Neapolitani Armis capta Sansonio
ideoque Pontifici parere debuisse. (1) Ve-
rum Juliano interfecto, Supremi Numinis
prudentia a communi familiae flagitio
Laurentium praeservavit, & id satis fuit,
ut Xysti spes frustarentur, & infames inau-
diti criminis Auctores poena plesterentur
condigna. (2)

§. CVIII.

(1) *Vid. Librum cuius est titulus „Coniuratio
„Paciana anni 1478. Documentis figuris notis
„nunc primum illustrata cura & studio Io. Adi-
„mari Neapoli 1769. in 4. „*

(2) *V. Honupbrium in Vit. Xysti IV. Angel. Po-
litian. de Pacior. Coniur. in prima Aldi Manu-
tii Edit.*

§. CVIII. Morte igitur perdendi Medicis ideoque ex hac parte subiiciendi San-
sonio Florentiae Rempublicam amissa spe,
propriis consiliis velamen quoddam Xystus
ipse quaequivit Epistolam ad Laurentium mit-
tens in qua legebatur coniurationem Pactio-
rum nullam ob aliam caussam initam fuisse,
nisi ut Nepos Cardinalis in ea oppri-
meretur, eique a Florentinis Tributos antea
fuisse honores, ut ipsi faciliter eumdem in
Laqueos inducerent. Sibi demum Xystus
mille excogitatos colores effinxit, quibus
deinceps sacrorum communionem & exer-
citium Florentinis omnino interdixit, quod
etiam plurimum conferre posse existimavit,
ut Laurentius populi favorem amitteret,
& tali pacto a Reipublicae Principatu de-
turbaretur. (1)

§. CIX. Res ita se habebant cum per
Laurentii consilium effectum est, ut Popu-
lus & ab Oratoribus, omnibusque Reipu-
blicae Christianae Sacris Administris, &
celeberrimi eorum temporum Iurisconsul-
tis, praecipueque Bartbolomeo Soccino &
Abbate Panormitano de Interdicti nullitate
convinceretur. (2) Consilium quoque praes-
fer-

(1) *Varillas Histoir. Secret. de La Maison de Medicis Liv. 3. pag. 105. 106.*

(2) Consilium super hoc Interdicto inter Secci-
ni, & Panormitani opera non invenimus; eis ve-

fertur *Francisci Accoltii Arretini*, quo Rem-publicam & Laurentium luculentissime defendit; & in Epistola ad ipsummet Laurentium, quae in veteri Palatii Archivo adseratur, gloriatur *Accoltius* consilium hoc se scripsisse, nec non narrat pericula, quae ob id subiit, ex insidiis inimicorum & quibus omnibus Senenses eum liberarunt. Ac demum videri potest Consilium aliud *Hieronymi Tortii* coevi eadem ipsa de re, quod anno subinde MDLXXXI. Typis mandatum est Venetiis. Florentini vero Interdicti nullitate perfecte cognita in Xystum IV. Synodus quamdam evulgarunt, & qua extra Ecclesiae Communionem non Florentinos, sed Xystum tantum fuisse decretum est. (1)

S. CX. Ferdinandi Regis Neapolitani Armis executionem Interdicti Pontifex commisit;

ro Auctores Laurentium Medicem defendisse assert *Stephanus Ioanninenis Iurisconsultus Senensis in libro, cuius est Titulus „In Medicam Monarchiam Pentateucus Fol. 71. „ in Bibliotheca Magliabechiana.*

(1) Synodi huiuscce Titulus est „ *Sacrosancta Synodus contra Xystum IV.* Venetiis impressa fuit suppresso nomine anno 1770. Impressa iam fuerat usque ab Anno 1478. absque tamen loco vel tempore; rarissimum quidem Exemplar; sunt tamen, inter quos Dominicus Maria Mannius, qui idem se perlegisse testantur Florentias, in Biblioteca Alexandri Stroctii viri Patricii.

75

misit; cum vero ob Reipublicae suae salutem Neapolim confugere Laurentius decreverit, ut Ferdinando caussas exponeret, quibus eum odio, & armis Pontifex prosequebatur, tali pacto foedus a Pontifice cum Rege illo initum Laurentius dissolvit, & antiquam felicitatem Reipublicae restituit (1).

§. CXI. Cum igitur Pontificis spes ac contentiones ob Laurentii prudentiam atque virtutem inanes evadent omnino, necessitate tandem coactus quoddam cum eo foedus init, ex quo quidem postea effectum est, ut ad summi Imperii apicem Mediceorum Familia extolleretur. (2)

§. CXII. Tali pacto Italiae pace Laurentii opera restituta, ut novae leges pro Commerciis praesertim securitate constituerentur curavit. Quadere, ut Populus facilius se alere posset providere curabat quaecumque ad Mercaturam spectare viderentur & licet hanc Reipublicae Gubernatori incommodam existimaret, firmissimum tamen esse Reipublicae fundamentum agnoverat. Saepissime interrogabat quid boni malique emerget, quomodo rationes Montis sese habe-

(1) *V. Traditum Cardinalis Naldii cum Ferdinandō Rege. V. Duas Literas a Laurentio scriptas ad Ottovirum Confilium, & aliam ad alios omnes Reip. Magistratus.* „ Id omne in Bibliotheca Massiliabechiana manuscriptum servatur „

(2) *Varill. Histor. secret. Liv. 3. pag. 142.*

haberent, & quid in ceteris aut rei aut spei esset; neque cuidam haec videri debent indigna viro, cui Reipublicae cura est demandata, cum non solum maxima populi pars, verum etiamcircumquaque habitantium & incolarum artibus huiusmodi nutriantur lanae praesertim & serici, quod si nummulariam adiungerem, id, ut est verum, ita nonnullis fortasse difficile creditu videretur (1).

§. CXIII. Anno igitur MCCCCLXXXI. Laurentii cura commercii pacta confirmata sunt, quae cum Soldano Laurentii avus Cosmus perfecerat (2); anno pariter MCCCCXC. novae commercii conventiones factae sunt inter Ioannem Baldusellum, & Clericum Consilii, Rodulphum Austricke, & Alde- marum Civitatis Londinensis Procuratores, & Commissarios Henrici Angliae, & Franciae Regis ex una, & Thomam Folchium de Portinaris, ac Christophorum Ioannis de Spinis Cives Florentinos, & Florentinae Reipublicae Procuratores ex altera parte (3), quae quidem sequenti anno confirmatae leguntur (4).

§. CXIV.

(1) Nicolaus Valerius in vita Laurentii de Medicis pag. 61.

(2) Mannius in figuo Dominorum de Stufis Ammirat. Histor. lib. 16. pag. 161.

(3) Rymer. Tractatus de Publicis actis Britanniae Tom. 5. Art. 4. pag. 9. Edit. Hayao.

(4) Rymer Tom. 5. Part. 4. pag. 16.

§. CXIV. Eo pariter tempore compo-
sitas legimus mille quinquaginta sex formu-
las uno in libro collectas, quarum decem
& novem ad abbreviatos contractus perti-
nent antiquis compendiosis substitutos. In
eo volumine salutares comprehenduntur
clausulae cuiuscumque actus propriae suum
habentes in communis ac municipali iure
fundamentum. Formulas praeterea de spon-
salibus de praesenti, aut Matrimonialium
aut dotarium instrumentorum, contrahendi
illorum temporum rationem nullis adhibitis
solemnitatibus, quas Sacrum postea Tridentinum
Concilium introduxit, luculentissime
demonstrat.

§. CXV. Quuni tandem Laurentius ad
conformandos Civitatis mores eo tempore
omnino sese converteret, liberalium Artium
instaurandarum curam suscepit, Pisis oppor-
tuna maxime Civitate, quo plures suo be-
neficio comprehenderet, Gymnasio iam inde
ab anno MCCCCLXXIII. restituto, ac Claris
hominibus, sapientiae studio amplis prae-
miis excitatis, qui iuris Civilis prudentiam
& Philosophiam ac ceteras liberales artes
profiterentur, & ea de caussa, ut ad eum
finem, optimae leges decernerentur, Rei-
publicae Laurentius consuluit (1).

§. CXVI. Florentiam praeterea erudi-
tos

(1) *Michael Brut. Histor. lib. 8. pag. 462. Variell.
Histoire secrete liv. 4. pag. 169.*

tos atque in primis magni nominis homines adscivit, qui Iuuentutem licentia vitae, & luxuria diffluentem instituendo ad honestiores vitae rationes revocaret; ex quibus apud se magno in honore habuit *Christophorum Landinum & Marsilium Ficinum*, quorum uterque exactae iam aetatis cum Cosmo avo iam vixerat: tum *Demetrium Calchondylam, Angelum Politianum, Marullum Tarboniatam, Ioannem Picum adolescentem*, praeter generis nobilitatem, excellenti quadam eruditione clarum, qua sibi Phoenicis nomen consensu doctorum hominum quaeſivit.

§. CXVII. Quae cum ita ſint, nil mirum ſane eſt, ſi ob Laurentii ſingularem virtutis ac ſcientiarum amore, humanis literis atque Philosophia ad priftinam lucem reſtitutis, celeberrimi exinde, atque humana-ritatis benemeriti homines Florentiae exorti ſunt, qui novas etiam terrae regiones non ſolum, ſed Coelos quoque inviferunt. Hic quidem omnes ſuum peculiare elogium mererentur; id vero hodiernis temporibus diligentium quorumdam noſtræ Civitatis vi-rorum Calamus non pauca eruditionis copia perfecit. (1)

§. CXVIII.

(1) Posthabitib omnibus Florentinarum rerum Hiſtoricis vide quae de Florentinis ſcripſit iurium hu- manitatis clarissimus defenſor Raynal *Histoire Philo- ſophique, & politique des Etabliffement & du com- merce des Européens dans les deux Indes Tom. 7. Chap. 12. Edit. 1774. à l'Haye.*

79

§. CXVIII. Ita domi forisque Laurentius Republica constituta, decepsit anno octavo Pontificatus Innocentii Non. April. Petrus filius Laurentio successit, qui fortunae paternae magis, quam virtutis heres, cum Regnum minime obscure in libera Civitate exerceret, magno id quidem Reipublicae incommodo, sed suo exitio & ruina amisit.

§. CXIX. Clarissimus Cardinalis Dovizius aliquie Auctores, qui de Petri, Ioannis & Iuliani Mediceorum exilio sermonem habuere, permultos in Petro praecipue Civilis prudentiae errores invenerunt, & inter maximos enumerant turpissima pacta, quae propriae utilitati consalens, & illa Reipublicae posthabita, cum Carolo VIII. Galliarum Rege celebravit, quibus Florentina Respublica Liburni, Pisarum, Seraventiae oppidis arcibusque expoliata, earum Carolus Petri Medicis consensu potitus est.

§. CXX. Anno MCCCCXCII. quo Laurentius Magnificus supremum clausit diem, quarumdam legum capita Florentiae constituta leguntur, quibus Consulum Officio, qui mercaturaे causâ in Romandiola degabant, provisum fuit; (1) sed ea peculiare unius Nationis obiectum habuere, sicuti hoc praecipuum obiectum respexere Codices hu-

(1) *Vid. Auctor., della Decima, Tom. 2. part. 3. sect. 2. cap. 6.*

huiusmodi Consulum munera describentes, quos Robertus Neapolitanus Rex Anno MCCCIX. promulgavit, & anno MCCCLXXXIII. Rex Carolus Duratius probavit, & anno MCCCCVIII. Ladislaus restituit, illosque tandem quos anno MCCCLXXXIII. Rex Ferdinandus exaravit (1). Nam de Maris Consulatu a Catalanis generales leges compositae sunt, quae ab omnibus cultioribus Europae Gentibus ab anno MLXXV. usque ad MCCLXX. uti ex Casaregio (2) & Targa (3) colligimus, receptae omni laude fuere, ipsaeque etiam Florentinae legislationis partem, etsi ab exteris gentibus compositam, efformarunt (4).

§. CXXI. In exilium Petro & aliis ex Medicea Familia expulsis, notissimae sunt variationes, quas miserrimi Hieronymi S vonarolae consilio Florentina Res publica passa est. Nardius (5) enim nos monet cautum fuisse, ut primi Magistratus, qui erant Populi Vexillifer, Decemviri rebus bellicis, Octoviri rebus criminalibus praefecti singulis annis crearentur. In Conservatorum tandem legum Domini Florentini Archivo leguntur

(1) *Vid. praelaud. Author, loc. cit.*

(2) *Casareg. de Commerc. Tom. 3.*

(3) *Ponderazioni marittime cap. 10. num. 9.*

(4) *V. Prospectum novi Codicis MSC. in Biblioteca Exc. viri Pompeii Nerii, bodie impressum in Tom. 2. Decisi. Audit. Neri Bodia eius Patris.*

(5) *Historiar. lib. 25.*

guntur foederis capita inter Carolum VIII. Francorum Regem, & excelsam Florentinam Rempublicam, in quibus tamquam versus Pastor, & Patriae perpetuus Pater Carolus sese declarat, ac permulta pro commercii libertate per Gallias Reipublicae Florentinae privilegia concedit.

§. CXXII. Vexilliferi officium, quod uti vidimus, post Mediceae domus expulsionem, lege a Republica lata, in annum dumtaxat protrahebatur, Petro Soderinio creato, (1) qui virtutes omnes optimo Civi convenientes in se habebat, uti in Silla, & Iulio Caesare Dictaturam, illud in eo Florentini perpetuum reddiderunt, & hac suprema dignitate accepta providens propriæ ac Reipublicae securitati, Pontificis Alexandri VI. ope Cardinalis e Volaterris, sui Fratris Germani, amicitiam Petrus curavit, cumque potissimum in foedere inito a Florentinis cum Galliarum Rege ipse spem collocaret, Cardinalis Ambacii, qui erat Ludovici XII. primus Administer familiariatem summopere coluit. (2)

§. CXXIII. Virtute, ac excellenti prudenteria Reipublicae Imperium Soderinius exercebat; Quum vero Petrus, Ioannes Cardinalis

F

(1) *Decretum electionis Petri Soderini legitur post eiusdem vitam descriptam a Silvano Razzio Monach. Camald. edit. ult. pag. 129.*

(2) *Varill. Histoire Secrèt. liv. 5. pag. 200.*

dinalis, & Julianus Fratres Médices, Iacobi praeceps de Salviatis opera, suadere studebant iis, qui Mediceae Domus Imperium exoptabant, nil pro Republicae bono in Republica, sed propriae utilitatis causa Soderinium decrevisse, ideo multi eum oderunt, suisque legibus iniustis existimatis, parere saepissime designati sunt. (1).

§. CXXIV. Soderinii auctoritas ut infirmaretur, plurimum contulisse visa est opinio, quae apud Gallos eo tempore invaluuerat, Iulium II., qui Alexandro VI. successerat, ad Pontificatus Maiestatem simonia ac dolo erectum fuisse, ex quo factum est, ut annuente Dictatore Florentino, ex Cardinalibus septem compositum Conciliabulum Pisis novum Pontificem creandi caussa inchoatum fuerit; Populus enim contra Dictatorem obmurmurare incepit, eo magis, quod Iulius II., Antonii de Monte Iurisconsulti consilio (2) aliud celebre Lateranense coagit, in quo Pontifex Cardinalibus non solum schisma foventibus, quos etiam eorum dignitate expoliavit, verum etiam Florentinis ac Pisaniis factorum communionem interdixit. (3)

Flo-

(1) Iouius in Vit. Leonis X. Razzius in vit. Petri Soderinii.

(2) Varill. *Histoire secret.* liv. 5. pag. 252. Razz. Vit. Soderinii.

(3) Guicciard. *Histor. Ital.* lib. 10. Ann. 1511. pag. 277. Razzius in Vit. Soderinii.

83

Florentini quidem, Laurentii Medicis antiquo exemplo ob oculos habitō, interdictō haud paruerunt; dissidiorum vero eos inter & Pontificem caussam, unum tantum Soderinum fuisse & obscuro loco nati homines, & Mediceac Familiae sectatores censabant (1).

§. CXXV. Florentini Dictatoris ruina extrema fuit victoria, quam a Gallis Mediolano expulsis, Hispani, Veneti, ac Pontifex reportarunt. Etenim hi foedere iundi exercitus, eorum ulcisci infuriam cogitabant, qui Gallis in Italia auxilium praebuerant; ex quo factum est, ut Julianus Medices Florentinos etiam iis poenis plectendos esse affereret, quas ius Civile Romanorum, ab iis, qui causam communem deserunt, subeundas esse constituit (2). Nil sane effecere quae a Vexilliferi Soderinii fratre Clarissimo Iurisconsulto, ut a tanto flagitio Civitas liberaretur, in medium proponebantur. Quum enim Hispani litis Iudices forent, armis eam definire, & distissa Pratensi Urbe depopulata, atque Dictatoria dignitate expoliato Soderinio, rursus in Patriam Mediceam domum Hispani restituerunt (3).

F 2

§.CXXVI.

(1) Razzius in *Vit. Soderinii*.

(2) Varill. *Histoire secret* lib. 5. pag. 242.

(3) Guicciard. *Histor. Italies* lib. 2. pag. 317. Razzius in *Vit. Leonis X.*

§. CXXVI. In Patriam igitur secundâ
vice Medicea domo restituta, eae leges,
quae decem & octo annorum spatio Aucto-
re Soderinio exaratae fuerant, antiquatae
penitus ac refixaæ sunt, quadere nova re-
giminis methodus exorta est, quam Bonac-
cursius in suo Urbis nostræ dario descri-
psit. Nam cœtum præcipue fuit, quod non
perpetuum, uti Petri Soderinii tempore,
aut bimestre, uti ante Soderinum fuerat,
verum annuale Vexilliferi officium in po-
sterum haberetur; quod qui Vexilliferi fue-
rant aut inter Decemviros sed erant, quos
Magistratibus præcessere deberent, eligerent;
(1) ut deum octuaginta Virorum consilio
ii omnes in perpetuum adiungerentur, qui
ad illud usque tempus primos in Republica
honores obtinuerant (2).

§. CXXVII. Res ita sese habebant
Florentiae; Leonis vero X. tempore, Ur-
bis Romæ Consulatum incoepit suisse
collimus, & de huiusce Consulis officio
apposite exaratas leges suisse liquet (3).
Hoc pariter obiectum respexere statuta,
quae anno MDXIII. a Florentinis collata
fuerunt, in quibus iura & obligationes Con-

(1) Nard. Histor. Florent. lib. 2.

(2) Guicciard. Histor. Italiae lib. 10. pag. 317.

(3) V. prælaud. Auct. „Della Decima „Part.
3. Seç. 2. cap. 2. pag. 45.

futum, qui Londini manebant, constituta sunt (1).

§. CXXVIII. Novas omnino leges condere cogitarunt Florentini post extremam Mediceorum expulsionem, quum populare regimen Florentiam redierit. Practicae enim Octoviri (2) deleti sunt, ac uti antiquitus apud Romanos ad Magistratum electionem Comitia convocanda esse cautum fuit, qua de causa in hoc rerum statu pacata videbatur Respublica, quae post Iuliani, Leonis X. Germani funas, Laurentii Urbini Dueis, Alexandri eius filii naturalis, Hypoliti eiusdem Iuliani filii pariter naturalis, & Silvii Pafferinii Cardinalis, & Clementis VII. Legati, tyrannidem experta erat (3).

§. CXXIX. Illud hic loci praetereundum non est anno MDXXIX. ab undecim artium Collegiis probata fuisse statuta, quae „Affsecurationis“ dicuntur, uti ex contractu Iuliani de Silvestris Publici Tabellionis Florentini manifeste devincimus (4); quae quidem adiungenda videntur legibus navalibus Rodiorum, quas Imperatores Tiberius, Hadrianus, Antonius

F 3

Per-

(1) V. Auctoremi „della Decima“, loc. cit.

(2) Varch. Histor. Florent. lib. 3. pag. 52.

(3) Losch. „Compendia Historica“, in Articolo „Della Corte dei Medici“.

(4) V. hoc statutum post Targam „Ponderazioni marittime“.

Pertinax, Lucius & Septimius Severus adoptarunt, quae omnes sicuti receptae in Etruria sunt. Maritimarum legum Codicem Etruriae proprium componunt.

S. CXXX, Advertere etiam non alienum arbitror hoc xvi. Seculo, quo florebat Iurisconsulti humaniores, Andreas Alciatus, Antonius Goveanus, Franciscus Conpanus, Franciscus Duarenus, Hugo Donellus aliquique, quorum nomen & auctoritas in iure explicando maxima in celebritate versata est, Florentiae etiam celeberrimos Iurisconsultos extitisse. Nil dicam de Alexandri Turamini in Legibus peritia; ut enim doctissimi huiusc viri memoria resurgeret, pupera eruditorum hominum cura eius operum editio Senis facta est (1). De Silvestro Aldobrandino nil dicam; cum tanta fuerit eius doctrina & auctoritas, ut Municipalium Veneti Domini legum eius tantum cura Codices restituerentur (2). Nil demum de Laelio Torellio; illius enim beneficio ac consilio prodidit vetustissimi Pandectarum Codicis Florentini editio summa fide in omnibus vel minutissimis authenticis figuris representata; & haec quidem earum, quae eam prae-

(1) *Vid. Praefat. ad Turamia. Opera a Lauren-
tio Mebus perfectam.*

(2) *Ceri, „Prodromo all'estirpazione del Pirro-
nismo della Ragion Civile d'Italia“ Part. 2.
cap. 8,*

pfaecesserant fuit perfectissima, Haloandri-
nae scilicet, sive Noricae Gregorii Aloandri
Editionis; ipsius enim Haloandri studio Di-
gestorum libri quinquaginta sex Angeli Poli-
trani Florentinarum Pandectarum collatione,
& Inscriptiōnū restituōne, tribus Vo-
minaib⁹ Norimbergae Kal. Aprilis anno
MDXXIX. prodierunt (1).

§. CXXXI. Post immānem depopula-
tionem, quam Roma subire anno MDXXVII.
coacta est initis inter Clementem VII., &
Imperatoris Caroli V. ministros pacis ca-
pitulis, quae post atonymum miserrimi il-
lius infortiāi scriptorem perleguntur, no-
verat Clemens VII. Gallorum arma sum-
mōpere declinasse in Italiā, quadere, ut
restitūndi Medices Florentiam is cogitata
perficeret anno MDXXIX. foedus quoddam
cum inter & Carolum Barcinone constitu-
tum est, in quo praecipue hac de re cum
Clemente VII. Imperator convenit; (2) id-
que eo libentius promisit Carolus V. quia
tali pacto summōpere existimavit aliqua ex
parte reparare posse damna, quae ab Im-
perii armis illata Pontifici fuerunt (3).

¶ §. CXXXII.

(1) *Vid. Simon Van - Leeuven in Histor. Iur.
Dissert. impressa in Opuscul. edit. Pisis anu. 1770.
Typis Aug. Pieterino.*

(2) *Du-Mont Corps Diplomat. Vartb. Histor.
Floren. Bb. 8. pag. 216.*

(3) *V. Losfeldis Compendia Historica in Artic.
n della Cosa dei Mediēi n.*

§. CXXXII. Huiusmodi foedus Bononiae confirmatum est (1), quod etiam Ferdinandus Hungariae Rex, Venetorum Republica ac Mediolani Dux comprobarunt, & in eo convenere. Quadere belli incendium Florentia solum experta est, quae tandem die XII. mensis Augusti MDXXX. Imperatoris armis coacta, eas perfecit conventiones, quas apud Nardum, & Varchium aliosque Urbis nostrae Historicos relatas invenire possumus.

§. CXXXIII. Quum demum Caroli V. Imperatoris decreto (2) anno MDXXXII., cui parendi constitutioni iusurandum dedere Florentini Magistratus, conversa fuerit in Monarchicam Democratica regiminis forma, & Alexander Medices Florentiae Dux pacificus designaretur, quot quantasque novas leges condere oporteret, facile cuilibet est cogitare.

§. CXXXIV. Priorum dignitas quae ducentorum annorum spatio, ut Ioannis Baptiste Adriani (3) verbis utar, in Republica inveterata fuerat, eo anno quo Alexander Medices Reipublicae Dux evasit, omnino sublata est: namque immutata regimini

nis

(1) *V. Du-Mont Corps Diplomat. Nardum, & Varchium.*

(2) *V. Du-Mont Corps Diplomat., & Aucter. de libert. Florent. eiusque Dominii pag. 32.*

(3) *Hiflor. Florent. lib. 1.*

nis forma, uti Benedictus Varchius (1) nos monet, tres tantum dignitates sive Magistratus in posterum Reipublicae tenuerunt imperium, Dux scilicet, quadraginta & octoviri, & Ducentumvirum Consilium, eosque Magistratus, ut iidem Cives in perpetuum repraesentarent, caustum fuit (2).

§. CXXXV. Ex quadraginta & octo viris quatuor postea eligebantur, qui tribus mensibus, primi in eo Magistratu erant, qui que referente Ammirato Consiliarii nuncupabantur, quibus postea in officio quatuor alteri succedebant ex quadraginta & octo, qui cum ex Consiliariis haud essent, Accoppiatores seu Copulatores a Tabellionibus barbarice appellabantur. (3) In eo Dux primus fuit Alexander, cui tantum propoenendi, quae agenda erant, facultas concedebatur, eique etiam erat ius unum ex quinquaginta & Octoviris praeficiendi ad suas gerendas vices Locumtenentis nomine insignitum (4).

§. CXXXVI. Quadraginta & Octovirum officium penes laudatum Benedictum
Var-

(1) *Histor. Florent.* lib. 12. pag. 480.

(2) *Mannius Florentiorum Senatorum Series in Praef.* pag. 10. V. *Dissert. de libert. Florent.* eiusdemque *Domini* pag. 33.

(3) *Varch. Histor. Florent.* lib. 12. pag. 468. & 481.

(4) *Vid. Reformat. diei 27. Aprilis 1532. Vareb.* pag. 481. loc. cit.

Varchium abunde descriptum legimus; ex eo autem eruitur hunc Magistratum eo tempore, rerum summam in Republica obtinuisse. Alexandro tandem Reipublicae Duce constituto novum illud Magistratibus sistema tribuere cogitabant Florentini, quod Varchius ipse suis in Historiis apposuit (1).

§. CXXXVII. Tres ferme leges in Republica Alexander sibi proposuerat; ac primo, ne in posterum latina lingua sed Italica Testamenta ac Contractus a Tabellionibus scriberentur; secundo, ut Mercatorum libri nullam in iure fidem haberent, nisi debitorum nomina in iis propria manu signata legerentur. Tertio tandem, ut ii qui super alicuius bonis immobilibus actiones quasdam exercere posse contenderent, statutos quosdam infra dies id ab iis palam fieret; lex enim praecipiebat, ne qui dominum fundumve habebant, extra tempus iis expoliarentur; Et sane noverat Alexander per paucos eo tempore extitisse Florentiac; qui rem aliquam possiderent, quae eorum omnino esset in dominio, eamque alienare libere possent, nisi de evictione caverentur (2).

§. CXXXVIII. Laurentii vero Medicis ense & cuiusdam perditi viri ope Alexander intersecto ad irritum perducta sunt Alexander

(1) Lib. 13. pag. 493. 495. & seqq.

(2) Varch. Histor. lib. 15. pag. 395.

xandri Cōsilia, & Cardinali Cybo suadente post longas aliorum aliter sentientium dis-
sensiones & controversias Cosmum Icannis vulgo „delle Bande Nere“ filium, Reipu-
blicae Principem Florentini Magistratus ele-
gerunt (1), in quo maxime inerant virtutes
omnes, quae optimum Principem constituunt.

§. CXXXIX. Itaque cum Cosmus Dux
esset Florentiae, in tantam quidem crevere
molem leges, ut si in Archivis & Biblio-
thecis omnibus cuncta earum indigesta vo-
lumina requirantur, nos etiam carere non-
nullis afferere impune poterimus.

§. CXL. Eas inter, quae hic loci me-
moria recolere possumus, eam praetermit-
tere minime censemus, quae anno sui Re-
gni MDXLIX. ab eo lata fuit, in qua Par-
tis Capitanei ac Turris Officiales in unum
Magistratum coniuncti sunt, & alia pariter
anno MDLV. quae decernit quid de bonis
Bannitorum RebELLium eorumque Creditorum
a Camera Fiscali, & a novo hoc Magistra-
tu cavendum fuerit. (2) Annè etiam MDLXV.
iubente Cosmo, renovata imo potius am-
pliata fuit longe celeberrima lex, quae iam
de tempore Reipublicae viguerat, & qua
coniurationes in Ducem, eiusque Filios &
de-

(1) *V. AB. huius electionis post Aucto. Differ.*
de libertate Florent. sub usq. 12.

(2) *V. has duas leges impress. Typis Dominici*
Verdi Florentiae anno 1736.

descendentes severè puniuntur (1), & cuius legis potestate ac vi inspecta eam fere convenire colligimus cum ea, quam tulere Honorius & Arcadius Imperatores, quam peregregie illustratam a Scipione Gentilio (2) in eius operibus invenire possumus. Senarum demum statuta, quae Anno MDXLVI. absoluta fuerant, seu potius antiqua in meliorem formam redacta anno MDLV., quo Cosmus a Philippo II. Hispaniae Rege Senarum Dux constitutus fuit (3), Cosmus ipse auctoritate sua comprobavit.

§. CXLI. Cum Cosmus Florentiae atque Senarum Dux esset pacificus, Equitum Divi Stephani ordinem instituit, & novum efformavit Constitutionum Codicem, quo Equitum iura & officia constituta sunt (4), quas postea tribus Constitutionibus Pius IV. confirmavit. (5) Huiusc sacri Ordinis leges, quae anno MDCCXLVI. Francisco Lotta-

(1) V. dictam legem impressi. Typis Zenobii Pignoni Florentiae anno 1627.

(2) Tom. 5. lib. 1. & Dissert. tertiam ad stat. §. 27.

(3) Du-Mont Corp. diplom. Tuan. Histor. lib. 18: Giann. Histor. Civil. del Regno di Napoli lib. 33. cap. 2. Tom. 4.

(4) Sanfovin. „ Dell' Origine de Cavalieri di S. Stefano pag. 92.

(5) V. Bull. Pii IV. 1. Februar. 1. Decembria 1561. 1. Iuli 1562. relatas ante ordinis Divi Stephani statuta edita Pisæ anno 1746.

tharingio Imperatore & Magno Etruriae
Duce, Pisis publici iuris redditae sunt, cum
legibus Equitum Ierosolymitanae Religionis
fete convenient. Ipsae enim ab iis in eo
tantum differunt, quod Divi Stephani Equi-
tes permulta haberent peculiaria privilegia,
& illud praecipue, ut libere Equites Uxo-
rem ducere possent. Ob maris denique
proximitatem huiusce Religionis Magistra-
tum Pisis constituit Cosmus, Equitibusque
mandavit, ut ab iis Ilvae Insula, in qua
ex suo nomine ipse Urbem aedificavit, cu-
stodirentur (1).

§. CXLII. Hic loci advertendum exi-
stimo sacrae huius Religionis institutum po-
tissimum caussam fuisse, qua Florentinorum
commerciū declinaverit; qui enim in hunc
ordinem cooptabantur, institoriam operam
navare, artesque utiles exercere non po-
terant; quadere Florentini veteri frugali-
ti ac temperantiæ a Diyino Poëta (2) &

Ioan-

(1) V. Sanfomin. Inc. cit.

(2) Parad. Cant. XV.

Fiorenza dentro delle porchia antica

Ond' ella toglie ancora, e terza e nona

Si stava in pace sobria, e pudica.

Non avea catenella, nè corona

Non gonne contigiate nè cintura,

Che fosse a veder più che la persona.

Non faceva nascendo ancor paura

La Figlia al Padre, che il tempo e la dote

Non

Ioanne Villamio (1) descriptis ocium ac in-
xum suffecerunt locum dantes Batavis, ut
eorum antiquis moribus edocti, (2) illud
agerent, quod ipsi Florentini commercium
antea perciebant; obiectum vero, quod
in huiusmodi Religione instituenda Politi-
cae Artis Magistri Cosmum respexisse ani-
madvertunt, illud sane fuisse arbitrantur,
ut ipse Princeps Civibus locupletior, ideo-
que securior redderetur.

§. CXLIII. Inter Cosmi instituta No-
vemvirum Magistratus creatio connumeran-
da videtur. Nam prudentum octo virorum
consilio, in unum collatis quinquevirum &
octovirum Practicae Magistratibus, Novus
hic Magistratus efformatus est, (3) cui pro-
pria nota defuere statuta; Cosmus enim ipse
de-

Non fuggian quindi, e quinci la misura.
Non avean Case di Famiglie vote,
Non v'era giunto ancor Sardanapalo
A mostrar ciò che in Camera si puote,
Berliccione Berti, vid'io andar cinto
Di quoio, e d'osso, e venire allo Specchio
La Donna sua senz' il viso dipinto.
E vidi quel del Nerli, e quel del Vecchio
Effer contenti della pelle scoperta
E le sue Donne al fuso, ed al pennecchio.

(1) *Histor. lib. 6. cap. 71.*

(2) *Templo in suis animadversionibus super Pro-
vincialis Foederatis Batavorum cap. 6. pag. 231.
Edit. 3. Lampredus in eruditissima Dissert. „ Del-
„ Governo Civile degli Antichi Toscani „*

(3) *Fort. Foro Fiorent. MSC. cap. 219.*

decrevit, ut ea quae anno MDLIX. Angeli Niccolinii, Gherardi Bartolinii, Ioannis Baptistae Ginorii, & Bartholomaei Carnesecchii opera pro Rebus rusticis & territorialibus viris quinque Praefectis evulgata fuerant, in hoc novo Magistratu suum robur, atque vim haberent; (1) Cum vero novo Magistratui eae Constitutiones haud convenire possent, ipso iubente Cosmo, a Simone Contio, Friderico de Riccis, Bartholomeo Gondio, Everardo Seristorio, Ioanne Gianfigliazio, Antonio de Nobilis, Philippo Pandolfinio, & Philippo Antellense propria eiusdem novi Magistratus statuta ex integro compilata Anno MDLX. leguntur (2).

S. CXLIV. Ad annum usque MDLIX. Cosmus Medicus solo Duci titulo Reipublicae regimen habuit. (3) Pius IV. statuerat Cosmum Etruriae Regem creare, (4) ut eius Filius Viduam Principis Lusitaniae in

(1) V. MSC. cuius est titulus „Notizie dell' „Istituta, ed Origine dell'Uffizio dei Signori Nove „ed altre cose riguardanti la cognizione del suo „regolamento cap. 3. „Domini Bartholomaei Teiglia cura perficatum. MSC. hoc in eruditissimi viri Senatoris Iac. Baptistae Nelli Biblioteca existit.

(2) Vid. praelaud. MSC. loc. cit.

(3) Arthur. Duck. de Auct. Iur. Civ. Rom. in Italia lib. 2. cap. 3. §. 7.

(4) Thysius. Histor. lib. 20.

in uxorem duceret, si Rex Philippus annuisset; sed Pius V. eum Magnum Etruriae Ducem creavit, cum Serenissimi titulo (1), omnique Regia dignitate, reclamante etiam Maximiliano II. Imperatore, eum decoravit; cautsaque postea ad Imperii Comitia relata, Cosmi creatio a Germaniae Electoribus confirmata est. (2)

§. CXLV. Cosmo igitur Etruriae supremo Principe populi Florentini suffragiis constituto, tota animi alacritate ad novam omnino formam Reipublicae tribuendam sese convertit, & eas inter leges & statuta, quae ut novo regimini aptarentur, evulgavit, suum locum obtinent ea, quae anno MDLXVI. super contractuum vestigalibus condere ac publici iuris facere curavit.

§. CXLVI. Me excusatum fortasse habebitis, amici lectores, si prolixa oratione leges & statuta, quae sub Cosmi I. Magni Etruriae Ducis Imperio latae sunt, declaraverim, & mihi veniam dabitis ea ducti ratione, quod Cosmo opus fuit veteres Florentinorum mores omnino immutare, & eos, qui Monarchiae administratioi convenirent, sufficere. Cum vero in posterum Franciscus aliisque ex Mediceorum familia in Magnum Etruriae Dueatum succeſſerint, per-

(1) *Hadrian. Historiar. lib. 26.*

(2) *V. Du-Mont Corps Diplomat. & Dissert. De libert. Florent. eiusq[ue] Dominii pag. 41.*

97

per multas leges ab iis latae fuisse quidem colligimus, sed absolutissimos legum Codices numquam exararunt, & quaedam dumtaxat Magistratum statuta instaurarunt.

§. CXLVII. Tali pacto Magnus Etruriae Dux Franciscus Medices praecepit, ut Mercatorum statuta, Zenobii Bonaventurii Curiae illius Cancellarii, Caroli Gherardi, & Francisci Salomonii Curiae eiusdem Procuratorum opera ex integro conficerentur, sed illa tantum anni MCCCLXXII. quae Statuta vetera nuncupabantur, eaque pariter anni MCCCCXCVI., quae dicebantur *nova*, in meliorem formam instaurarentur.

§. CXLVIII. Quum postea antiquorum magisque peritorum scribarum, & causidicorum sermone Francisco perlatum fuerit in veteri formularii Codice publica aliqua esse instrumenta, vel potius Instrumentorum formulas ineptas ac prolixiores, atque a communi recentiorum usu alienas, rem perutilem notariis omnibus atque iis etiam, qui eorum opera in huiusmodi conficiendis instrumentis utuntur, facturam esse Franciscus existimavit, si amputatis supervacaneorum verborum ambagibus illas corrigendas atque admodum ad breviorem & communem horum temporum dicendi stylum, novarumque legum instituta, & nova negotia accomodatas, reducendas curasset.

G

Man-

(1) Mandante igitur Francisco Florentinus Proconsul rem detulit, utriusque iuris consulto Advocato Alberto Florario, Francisco Parentio, & Francisco Gordiano in arte Notariatus apprime eruditis, qui publici boni causa negocium hoc lubenti animo suscepserunt, illudque iam pridem confecissent, nisi ob acerbum ipsius Gordiani obitum intermissum fuisset, ideoque post illius interitum aliorum industria & labore completum fuit, in iis scilicet, quae circa laicorum materiam versabantur. Alia vero, in quibus de rebus ad Ecclesiasticum bonum pertinentibus agebatur, (ita congruum esse & expedire existimantes) Ecclesiasticae Curiae Notariis corrigenda & reformatanda reliquerunt.

§. CXLIX. E vivis erepto anno MDC-
LXXXVII. XIV. Kal. Nov. Francisco, (2)
statim Ferdinandus frater sacra reliqua Car-
dinalatus purpura, quam a Pio IV. anno
MDLXII. acceperat, Magnus Dux Etruriae
est renunciatus. Per multae quidem sunt le-
ges, quas ipse tulit, eaeque apud eum Ma-
gistratum, cuius iura & obligationes inve-
nire

(1) *V. Formular. Quotidian. Contractuum se-
cundum stylum Florentinum in Prooemia Typogra-
phi impressum apud Cosmum Lundam ann. 1600.*
(2) *V. Etruriae Diaria omnia MSC. & Marchef
Pinacoteca.*

nire est, non uno in volumine comprehensas, sed literis diversis, mandatis certisque id genus summae potestatis actibus compositae inveniuntur; quae vero leges effecerint, ut Ferdinandi Regnum omniae Etruriae populi memoria repeatant, eae proculdubio fuere, quas Ferdinandus, ut Liburni commercium augeret, evulgavit. Exteros enim Mercatores priuilegiis & immunitatibus ad exercendam in ea Urbe Mercaturam vocavit.

§. CL. Optimae ut inde leges in Magno Etruriae Ducatu evulgarentur, Cosmus II., Ferdinandus II., Cosmus III. & Ioannes Gasto I. curarunt; quod vero novos legum Codices hi omnes Magni Etruriae Duces exaraverint, non constat, Etruriaque Urbes eo etiam tempore Iustinianeum Codicem, Canonicum, Feudalem, Maris Consulatum, & antiqua Civitatum statuta, uti propria legum corpora, servarunt,

§. CLI. Mirum profecto est Etruscas Gentes tot tantasque leges apprime edocetas numquam ab iis collegisse, quod sibi meti ipsi proprium redderent, Codicemque componerent, uti Clarissimi Concivis nostri Advocati Corsiniani opera Victorius Amadeus primus, & Rex Borussiae Fridericus III. postea, nuperrimeque Imperatrix Moschorum Catharina II. perfecerunt. Exteris enim gentibus praecipueque Romanis curam Etruriae

riae populi reliquerunt, ut leges ab iis conderentur, quae universo fere humano generi aptarentur (1).

§. CLII. Medicarum legum multitudini accedunt & illae quae Imperatoris Francisci Augusti Lotharingii Ducis faustissimis stab auspiciis latae fuere, & eas inter illae de Fideicommissis, (2) de Feudis (3), de Nobilitate (4) & de Amortizatione (5) potissimum eminent.

§. CLIII. Ceterum uberrimus mihi aperiretur campus, si & Francisci Caesaris, & clementissimi Filii Petri Leopoldi leges enutinerare vellem; Augusti enim pietas, munificentia & humanitas in eo reviviscit, Etruriaeque legislatio, cuius originem & progressum in hac ad primum statutorum librum dissertatione demonstrare conatus sum, magnanimi huius tantique Principis sub Imperio magis magisque amplificatur.

Finis Primaे Dissertationis ad Statutum.

AD

(1) *Montesquieu Esprit de loix Tom 1.* „ Elles doivent étre tellement propres au peuple, pour le quel sont faites, que c'est un tres-grand hazard, si celles d'une Nation peuvent convenir à une autre „

(2) *V. I. 22. Iunii 1747.*

(3) *V. I. 21. Aprilis 1749.*

(4) *V. I. 1. Octobris 1750.*

(5) *V. I. 11. Martii 1751.*



A D S E C U N D U M
S T A T U T O R U M
V O L U M E N



D I S S E R T A T I O.



Ecundum nostri huius Codicis Florentini librum, quem tibi, Candide Lector, exhibeo, cum quotidiano Curiae usui maxime inserviat, ideo Practici legalem seu Forensem appellant.

§. II. Ne sibi suadeat nostrae nomothesis studiosus Castrensem in secundo Statuti nostri volumine omnem legum doctrinam, quae ad privatorum iura & obligaciones statuendas attinet complecti; in ipso

G 3

enim

enim sub inutili verborum involucro minimam quidem Iurisprudentiae partem detegimus qua Iudiciorum ordo praescribitur, & per pauca de successionibus, & contraetibus, de lucris dotalibus, & de mulierum obligationibus tractantur; reliqua vero quae in immenso Pandectarum Oceano Iurisconsulti Romani posuere, intacta & illibata Castrensis reliquit.

§. III. Neque mirum est Castrensem universas leges suo in Codice haud collegisse; nam summo in precio eo tempore, quo Statutum conditum fuit, Romanae leges habebantur, quae Florentinarum legum unicum corpus efformabant, & quaedam solum, quae in ipso Romano Codice continebantur, abrogatae sunt, & ex peculiaribus quibusdam Florentinorum legibus unum Codicem Castrensis confecit. Nostris vero temporibus ex centum & triginta duobus Rubricis, ex quibus hic Statuti nostri secundus liber componitur viginti & septem, quae sequuntur secernendae Rubricae videntur, istaeque solum in Foro nostro moribus nostris continui usus habentur.

xxix. De heredibus & hereditate debitorum convenientiendis.

xxx. De executione legatorum.

xxxii. De alimentis.

xli. De executione scripturarum privatae ante eius recognitionem.

xlii. De

- XLII.** De praécepto Quarantigiae.
- LVI.** De modo procedendi in staggimentis & praeceptis.
- LVII.** De cogendo debitore ad solvendum, & de modo, & forma dationis in solutum.
- LX.** Quae probationes sufficient in causa hypothecaria.
- LXI.** De dotibus & donationibus restituendi & excipiendi modo.
- LXII.** Quod filii non possint repetere dotem mattis vivente Patre.
- LXIII.** De tacita hypotheca bonorum viri pro dote, & quod consensus mulieris bonis venditis non praeiudicet.
- LXIV.** Nulla mulier vivente viro possit defendere bona viri, nisi certis casibus.
- LXV.** De acquisitis per uxorem vivente viro.
- LXVI.** De Compromissis fiendis inter coniuctos.
- LXXXI.** De Petitione Consilii Sapientis.
- LXXXIV.** Quod Iudices, & Consultores electi teneantur consilia reddere.
- CVIII.** De venditione terrae fienda con vicino.
- CIX.** De prohibita alienatione rei communis irrequisito conforste.
- CX.** De obligatione Filiifamilias, & qualiter pater pro Filio conveniatur.
- CXI.** De consensu & obligatione mulieris, & de datione in solutum factis per virum de bonis suis.
- CXII.**

cxii. De Mondualdis, & qui possint tutores, vel Curatores dare.

cxiii. Quod Filiae nuptiae non teneantur pro debitis paternis.

cxv. De aetate legitima, & de obligatione minorum xviii, annorum, & consensu mulieris super dotibus, & restitutione in integrum.

cxvi. De prohibito contractu, & obligatione Pupilli, vel Adulti.

cxviii. De contractu prohibito fieri cum male gerentibus facta sua.

cxxvi. De Successione Communis Florentiae ab intestato & Successione naturalium, & bastardorum.

cxxx. Qualiter mulier ab intestato succedat.

§. IV. Harum sane rubricarum quaecumque proprias mereretur animadversiones, nisi Salvius, Salvetius, Fantonius, Gerius-Spina, Lenzonius, & Scurtzius accurate id perfecissent; Illud itaque unum in hac dissertatione inquirendum censeo, quae unquam fuerit mens, qui Scopus sequentium sex rubricarum, quarum tituli eo pacto, quo tibi, Benevole Lector, propono, in nostro Codice leguntur.

xviii. De declinante iurisdictionem Communis Florentiae.

xxi. De exceptione excommunicationis, interdicti, vel suspensionis non opponenda.

XXII.

xxii. Quod Domini Priores provideant super interdicto, vel excommunicationibus Rectorum, vel Officialium Communis Florentiae.

xxiii. Quod quilibet possit super bonis profanis Ecclesiarum petere iura sua & petere Compromissum.

xxiv. De Compromisso fiendo ad petitionem Carcerati pro Clerico.

xxv. De non impugnandis Statutis Florentiae.

§. V. Harum vero Sanctionum, ut late pateat vis & Scopus, qui fuerit variis temporibus apud Florentinos Ecclesiasticae Politiae Status, praecipueque aetate illa, qua Guelphorum Ghibellinorumque partes exortae sunt, inquirendus videtur, non aliud enim apprime tempus Sacerdotii & Reipublicae Florentinae dissidiorum demonstrat originem. Nam primis Ecclesiae Seculis pauci extitere Florentiae, uti & in ceteris Italiae Urbibus Christiani; a quarto vero usque ad octavum seculum nihil fere aliud de religione solliciti fuerunt Florentini, quam ut eam sedulo promoverent; Occidentalis Imperii & Romani Pontificis dignitatem contra Iconoclastas Orientis Imperatores Octavo seculo tuiti sunt, omnemque curam in augendis Ecclesiae divitiis impenderunt; Pontificis tandem partes prosequi eo tempore, quo a Gregorio VII.

Pon-

Pontifice, & Henrico IV. Imperatore acer-
rimae inter Sacerdotium & Imperium Oe-
cidentis contentiones usque ad Fridericum
II. & Gregorium IX. exarsere, quibus om-
nibus expōsitis Ecclesiasticae Politiae apud
Florentinos a primis Ecclesiae seculis usque
ad annum MCCCCXXVII. initium & progressum
demonstra verimus.

§. VI. Et sane quod ad prima Eccle-
siae secula attinet ex Bartholomeo Baphio
colligimus (1) priscos Florentinos Christia-
nos in eorum temporum primis Apostolis
audiendis omnem adhibuisse sollicitudinem,
impii praecipue illius Neronis tempore, quo
Frontinus & Paulinus Petri Discipuli in
Etruriam pervenere; ut eam iis, quae ad
salutem pertinebant, eruditent.

§. VII. Quis forte plus iusto curiosus
illud quoque hic nosse velit quid de Fron-
tini & Paulini vitae genere sentiendum sit,
etsi plane ea omnia, quae dici possunt, in-
certa sint, verisimillimum tamen videtur,
quod Paulinus ille idem sit ac Paulinus
Lucensis Episcopus, quem totius fere Tu-
sciae Episcopum fuisse credere aequum est,
quamquam suae solum Urbis, in qua obiit
& in qua forte utpote aut opportuna aut
frequentata magis, diutius degebat, Epi-
scopum faciant Lucensem. (2)

§. VIII.

(1) *De Felicitate Florentinorum.*

(2) *Foggini. de prim. Florentin. Apostol. pag. 14.*

§. VIII. At vero Frontinus; quem Fren-
tinum alii seu Frontonem vocant; sunt qui-
bus idem esse videtur; ac Fronto Petrago-
ricensis Episcopus; quem etiam Frontinum
appellari posse Gallicani Scriptores faten-
tur; & porro haec opinio non solum cum
Ioanne Villonio (1) minime pugnat; qui
velut obiter a Frontino Florentiae Christia-
nam religionem praedicatam fuisse testari
videtur; quin immo; Fogginio teste (2);
cum Ecclesiae Petragoricensis traditione con-
sentit; qua nixi Gallicani Scriptores Fron-
tonem illuc tendentem per Tusciām tran-
sisse adserunt.

§. IX. Tria igitur prima Ecclesiae se-
cula Evangelicae legis observantia morum
simplicitate & martyrum sanguine insigniæ
sunt; & eo tempore Florentiae etiam Chri-
stiana religio in Amphitheatri circulo a D.
Minitatis aliorumque sanguine irrigata fuit.
(3) Hic enim loci animadvertisendum est cum
Ioanne Lamio (4) Florentinos secundo vel
tertio seculo Christi religionem ex parte
solum amplexos fuisse; ob Diocletiani in
Christianos immanitatem; qui uti patet
ex his duabus adlatis per Gruterum (5) In-

scri-

(1) *Historiar. lib. 1. cap. 58.*

(2) *Loc. cit.*

(3) *Manni principi della Religione Cristiana in Firenze lib. 1. cap. 2.*

(4) *De erudit. Apostol.*

(5) *Pug. 380. 34.*

scriptionibus; novae legis evulgationem tota animi alacritate impediebat.

DIOCLETIANVS . IOVIVS . ET MAXIMIANVS
HERCVLEVS . CAES. AVGG.
AMPLIFICATO PER ORIENTEM
ET OCCIDENTEM
IMP. ROM.

E T
NOMINE CHRISTIANORVM
DELETO QVI REMPVBLICAM EVERTEBANT

DIOCLETIAN. CAES.
AUG. GALERIO IN ORIENTE
ADOPT. SVPERS.
TITIOME CHRIST.
VBIQVE DELETA ET CVLTU
DEORVM PROPAGATO;

§. X. Multorum fuit opinio eo aevo
penes Presbyteros universos Ecclesiae re-
gimen extitisse, Presbyterosque etiam Epis-
copis potentia & dignitate praestitisse.
Huiusmodi vero sententiam Hugo Gro-
tius (1) reiicere merito censuit; cui acce-
dunt tot Catalogorum testimonia, in qui-
bus Episcopi enumerantur, ac penes Ire-
naeum, Socratem, Theodoreum existentiam,
ex quibus eruitur illum, qui ex Presbythe-
ris in celsiori Sacerdotii ordine reperieba-
tur;

(1) *Grot. de Imp. Sum. potest. cap. 2. num. 5.*

tur, Episcopum a Christianis appellatum: esse. Tali pacto Melchiade Urbis Romae Episcopo, & Costantino IV. & Licinio III. Concl. Felix Florentinorum fuit Episcopus, quem si Vincentio Borghinio (1) credimus, uti unum Ecclesiae Praesulem in Concilio Romae in Donatistas habitu praefuisse innotescit; quod & Optati Milevitani testimonio confirmatur, qui Felicem ipsum Romanum contra Novatianos Concilio interfuisse memorat anno cccxiii., & reapte in Concilii subscriptione inter eiusdem Patres connumeratur.

§. XI. Constantino Magno Imperatore primo inter Christianos incrementum Ecclesiastica Hierarchia recepit maximum, & Episcoporum munus summo in honore habitum non solum fuit verum etiam, Parisiorum insigni Theologo Ludovico Dupenio teste (2) Metropolitanorum, Archiepiscoporum & Primatum dignitates originem habuere. Et revera Constantinus, unius Praefecti muacre in quatuor Praefectos diviso, ex iisque uno in Oriente constituto, altero in Illyrico, in Gallis item altero, in Italia tandem & altero, in quatuor his Romanis Imperii partibus Ecclesiasticae rei consulens eas etiam in varias Dioeceses disper-

ti-

(1) *Borghin. delle Chiese e Vescovi Fiorentini.*

(2) *De antiqua Ecclesiae Disciplina Dissert.* §. 6.

tivit, uti ex doctissimo Binghamo colligimus. (1)

§. XII. Duos Italiae Praefecto Vicariatus subiecit Costantinus; unus Romanus alter Italicus dictus. Provincias decem primus, quas inter Etruria etiam numerabatur, (2) Sex alter, cuius fuit Metropolis Mediolani Urbs, comprehendebant, quadrage cum Imperii divisio eadem ferme esset ac Dioeceseum, Romae Episcopus in Etriae Urbibus Metropolitani officium, uti Episcopus Mediolani munus illud in reliquis Etruriae Provinciis fortasse exercebat.

§. XIII. Quarto Ecclesiae seculo, & anno praesertim CCCLXXXV. quaedam ex variis Canonibus, in variis eodem seculo habitis Conciliis constitutis, legum Ecclesiasticarum collatio a Stephano Ephesino Episcopo (3) perfecta fuit, quae postea ex Graeco in Latinum idioma translata,, Codex Canonum Ecclesiae universae,, appellata fuit. Huiusmodi vero leges Canonicae a Constantino Magno usque ad Valentinianum III. publici iuris redditae de Dogmate solum disponebant; si quis enim Ecclesiam non audisset Ethnicus & Publicanus censiba-

(1) *Origin. Ecclesiast. lib. 9. cap. 1. §. 5. & 6.*

(2) *Bingbam. loc. cit.*

(3) *De Marca,, de Concord. Sacerdot. & Imper. lib. 3. cap. 3.*

batur (1), non autem sanguine aut similibus poenis coercebatur: Imperatores vero Canonum disciplinam propria auctoritate legibusque defendebant, uti ex toto decimo septimo Theodosiani Codicis libro manifeste deducimus.

§. XIV. Quum igitur Florentiae res ita se haberent, noscere facile est de religione tantum tuenda illiusque cultu augendo sollicitos fuisse Florentinos, idque praecipue ex cuiusdam Viduae Iulianae gestis ostenditur. Iulianae enim consilio & munificentia primam fortasse Episcopalem D. Laurentii Ecclesiam Florentini aedificaverunt, quam postea Archiepiscopus Mediolanensis D. Ambrosius dicavit (2). Hanc foeminam Julianam suam quidam Bononienses Scriptores assertuerunt, non autem Baroni, nius, (3) qui Florentinos inter optimos viros eam collocavit. Et sane variis Inscriptiōnibus adlati ait Gorius (4), Florentiae nobilissimam foeminam claruisse, quae illustrem illam erexit Basilicam, quam D. Ambrosius dedicavit, idque apertissime docet post Borghinium (5) in eruditissimo quo-

(1) *Q. Matth. 18.*

(2) *Manni „principj della Religione Cristiana in Firenze“, Part. 1. cap. 9.*

(3) *In not. ad Martyrolog. VII. Id. Februar.*

(4) *Inscript. Antiq. Tom. 1.*

(5) *De Eccles. & Episcop. Florent. Fam. 2. pag. 375.*

quodam opere suo Benedictus XIV. (1)

§. XV. Circa hoc tempus aliquot docti viri, quos inter primum tenet locum Civitatis nostrae immortale decus Philippus Buonarrotius, extructum fuisse Florentinum Baptisterium censuere; hoc siquidem tempore idem Xystus III. Pontifex Maximus uti ex Pontificali libro discimus, fecit & fontem Baptismalem ad S. Mariam & Columnis porphyreticis exornavit. (2) Quaecum ita sint, a veritate aberrant omnino Florentini historici, (3) qui Ioannis Baptistae Templum antiquum Martis extitisse credidere. Nam credibile ne dictu erit, quod si Martis templum antiquitus extitisset, sequentem Inscriptionem, qua L. Aurelii Vixi victoria super Medos reportata celebratur, in eiusdem templi Cathecumenio inverso capite ponendam Gentiles curassent?

IMP.

(1) *Vid. Lambertin. Annos. in Fest. dominic. Et S. Mariæ Virg. juxta ordinem Kalendar. Rom. Tom. 2.*

(2) *Manni loc. cit. cap. 1. part. 2.*

(3) *Villan. lib. 1. cap. 42. e 60.*

IMP. CAESARI

DIVI ANTONINI PII FI.

DIVI HADRIANI NEPOTI

DIVI TRAIANI PARTHICI P.

DIVI NERVAE ABNEPOTI

L. AURELIO VERO

AUG. ARMENIAGO PARTHICO

MAXIMO MEDICO TRIB. POT. VI.

IMP. V. COS. II. DESIGNAT. III. PROCONS.

COLLEG. FABR. TIGN. OSTIS

QUOD PROVIDENTIA ET LI

..... (1)

§. XVI. Huc accedunt Templi illius interna structura octogonos, imperfecta symmetria, quae omnia Ecclesiam hanc barbaris certe temporibus aedificatam fuisse demonstrant, & eo potissimum aevo, quo Architectonicae ars rudis admodum erat & impolita. Animadvertisendum tandem est Deorum non solum simulacula, sed ipsa etiam Deorum Templa solo coaequandi apud Christianos usum invaluisse, uti ex Theodosiani Codicis titulo „De Templis, Sacrificiis & Paganis“, palam fit, & earum rerum exempla apud Ecclesiasticae historiae Scriptores non defunt (2).

H

§. XVII.

(1) *Vid. banc Inscriptionem relatam a Clemente Nelliō in explicatione Figurae XVIII. Templi S. Ioannis Baptiste.*

(2) *Sulpicius in Vit. S. Martini cap. 13.*

§. XVII. Tali pacto Christianorum religio Florentinorum cura in ipsorum Civitate florebat; Cum vero Theodosius II. & Valentinianus III. Paganos in militiam adscribi prohibuerint, in tantam devenere ipsi abiectionem, ut Theodosius ipse nullos ferme ex iis superfluisse non dubitaret. (1)

§. XVIII. Romani Pontificis eo etiam aeyo crevit auctoritas; a Graecis enim & Latinis Patriarcha dictus fuit, & merito aliis huiusmodi dignitate insignitis, sicuti immediatus Petri heres praecelluit; in ipsius persona Primatus iura super ceteros Mundi Episcopos convenere, & illius praecipua cura fuit, ut Christiana fides & Canonicae Sanctiones intactae in antiqua sua simplicitate servarentur. (2)

§. XIX. Cum tandem Goths Italiae Provincias occupaverint, Theodoricus aliqui Goths Reges, qui Theodoro in Regno successere, eti Ariana labore coinquati essent, Ecclesiasticae legis obseruantiae minime obstiterunt; quadere neque ex iis temporibus sex contra Ecclesiasticam libertatem appositarum Rubricarum in Statuto rationem repetere nullo modo possumus. Romani enim Episcopi auctoritas intacta suis in limitibus remansit, & in Etruria Patriarchatus & Metropolitani iura libere

(1) Leg. 22. Cod. Theodos. De pagan.

(2) Dupin. de veter. Eccles. discipl. differt. 2.

berē poterat exercere. Tantum vero a ratione alienum est, quod Gothi in Italiae Etruriaeque Urbibus liberum religionis exercitium impeditent, ut ipsi Gothorum Reges Schismatum componendorum caussa inter partes saepenumero se interposuerint, ipseque Theodosius Laurentii & Symmachi disfida, qui pro Pontificatus dignitate consequenda inter se decertabant, propria auctoritate prudentissime pacaverit,

§. XX. Gothorum tempore Ecclesiae status non minorem sane caussam notio- nem adeptus est, quam anteaclis Ecclesiae seculis a Constantino Magno usque ad Valen- tinianum III. habuerat; religionis etiam, fidei & morum in negotiis suam Iurisdictionem exercebat, & spiritualem poenam, quae *Censura* dicebatur, in facinorosos Chri- stianos homines irrogabat. Ceterum eo ae- vo neque Forum neque Tribunal neque Ter- ritorium Ecclesia habebat, & Theodosius successoresque alii his in limitibus Ecclesia- stici status potestatem retinuere. (1)

§. XXI. Eodem sane pacto quoad bo- na temporalia res minime se gessit; Pa- rum enim non solum Principum intererat, ut ab Ecclesia divitiae permulta acquire- rentur, verum etiam Theodosius ipse alii- que in Italico Regno illius successores im- mensis largitionibus & Privilegiis Ecclesiam

(1) *Cassiodor.* lib. 8. cap. 24, & lib. 9. cap. 15.

locupletarunt. Eo tandem per ventum est ignorantiae, ut quidam impie opinarentur, quod bonis aut inter vivos donatis, aut ex testamento Ecclesiae relictis anima etiam deperdita a poenis redimeretur.

§. XXII. Expulsis Gothis non minori animi alacritate Ecclesiasticae rei Iustini-
nus Imperator consuluit, quidquid enim rite
a Sacerdotibus constituebatur, ipse suis in
legibus sacros Canones imitans religiose
probavit, eiusque observantiam & Iudicio-
rum Episcopaliūm reverentiam, non uti Ca-
nonicae legis simplex executor & praeco,
sed uti legislator praescripsit; & poenas
ipsas suo placito apposuit. Huiusmodi au-
tem constitutionibus, quibus Iustinianus mul-
ta pro recta externaque Ecclesiastica Politia
de Episcoporum consilio qui eius aulam
sequebantur, praecepit, Iustinianeī Iuris cor-
pus adornatum est. (1)

§. XXIII. Narsetis tandem invitamen-
tis allectus Alboinus Longobardorum Rex,
ut iniuriam illi a Sophia Iustini II. Impera-
toris uxore illatam ulciseretur, magno co-
mitatus exercitu, Italiae imperium occupa-
vit. Ne vero Pontificum auctoritas iis mi-
serimis Italiae temporibus everteretur,
plurimum contulisse visa est subiectio, quam
Pontifices ipsi Orientis Imperatori profite-
ban-

(1) *Huddingii Hist. Liter. Iur. Canon. cap. 10.*
§. i.

bantur, uti de Gregorio Magno ex eius Epistolis (1) in aperto est, & de Sabiniano de Bonifacio III. & IV. aliisque usque ad Gregorium II., cuius aevō Leonis Isaurici in sacras imagines bellum exortum esse ex Ecclesiastica illorum temporum historia ediscimus.

§. XXIV. Longobardi etiam, et si illorum permulti Arianam religionem sequentur, nil quidem dignitatis Romano Pontifici subtraxere, clarissimaque Longobardorum erga Christianam religionem propensionis penes etiam Florentinos testimonia servantur.

§. XXV. Inficiari non possumus Longobardos gentium victarum mores sequentes anno DLXXXVII., quo Etruriam invadere (postrema fuit haec Romanorum Provincia, quae a Longobardis sub eorum dominio redacta fuerit) Basilicos Templa & Monasteria expoljasse, ultimaque crudelitatis exempla in Episcopos Abbates, Presbyteros, Monachos Monialesque edidisse (2); verum Theodelindae consilio ab Agilulpho Longobardorum Rege & vera religione suscepta & Ariana relicta, in Etruria praesertim, in qua teste Gregorio Magno (3)

H 3 Lon

(1) *Epistol. Gregor. Magn. lib. 4. Epistol. 60. lib. 2. Epist. 62.*

(2) *Sigon. de Regn. Ital. lib. 1.*

(3) *Vid. Epist. Gregor. Magn. Inscr. Sigon. de Regn. Ital. lib. 1. in Agilulph.*

Longobardi morabantur summam erga Ecclesiam munificentiam demonstrarunt.

§. XXVI. Ecclesiae status, regnante Adalualdo Agilulphi Filio una cum matre Theodelinda, non mediocrem sane lucem assequutus est. Catholicam etiam ipse pietatem perfecte professus est Ecclesias instauravit, & ornavit, permulta Episcopis & Abbatibus suppeditavit privilegia. Ariolanus quidem Taurinensis Dux, qui Regno per eum Adalualdo imperfecto potitus est, ac postea Rotharis variis modis Ecclesias, & Episcopos odio persequi sunt; quum vero ad Italici Imperii honorem anno DCLIII. Aripertus extolleretur, Ecclesiae Florentinae, ut libere religionem ipsa exerceret, permisit, & anno tandem DCLXII. Grimoaldo Rege ipsa magis magisque auctoritatis & dignitatis incrementum recepit. (1)

§. XXVII. Grimoaldo Rege Florentini post seculi unius spatium, quo Florentina Ecclesia Episcopo suo caruerat Reparatum Episcopum elegere, qui sub Agathone Papa inter Concilii Romani Patres connumeratur. (2) D. quoque Ioannis Baptiste cultus adeo excitatus est, ut sicuti ex Paullo Warnefrido colligimus, Longobardi in omnibus & belli, & pacis actionibus ab eo auxilium exposcerent. Insignem vero D. Ioannis Ba-

pti-

(1) Lami Antiquit. Florent. Lezion. V.

(2) Borgin. de Eccles. & Episcop. Florent.

ptistae Ecclesiam anteactis temporibus, di-
vitiis permultis & privilegiis Adualdus Rex
& Theodelinda locupletaverant. (1)

§. XXVIII. Ecclesiae auctoritas & poli-
tia tali pacto Florentiae sub Longobardis
progressa est, iisque temporibus haud minor
exstitit ignorantia & amentia quaedam, quae
clericorum animos invaserat, quadere au-
toritate, quam obtinuerant, abuti quidem
ceperunt, ideoque Concilia excommunica-
runt Concilia, immo in ipsis Oecumenicis
Episcoporum pars alteram excommunicavit.
Quisquis tandem Episcoporum excommuni-
candi Primates potestatem habere non so-
lum contendebat, sed ipsa etiam Concilia.
Tali pacto Lucifer parvus Calaritanus Epi-
scopus, SS. Ilario & Athanasio & Papae
Damaso Sacrorum communionem interdi-
xit, & Antiochenum Concilium, lata in
eum excommunicationis sententia, impro-
bavit. (2)

§. XXIX. Res ita se habebant VI. ac
VII. seculo; VIII. autem Romani Pontifices,
qui praesertim ex Graecorum Natione elige-
bantur, temporalis dominii fundamenta sub-

H 4 stru-

(1) Lami *Antiquit. Florent. Lezion.* V. pag.
128.

(2) Vid. Anonim. „Riflessioni sopra la Bolla
in Coena Domini art. 1. §. 1. pag. 19 de Do-
min. de Repub. Eccles. lib. 5. cap. 9. num. 38.,
& seqq. &c.

struxere, cum primum a Graecorum Imperatorum subiectione, ob immanem Leonis Isaurici Edictum in Sacras Imagines promulgatum, se alienarunt, & suis armis Ecclesiastiam Romanam Carolus tota animi alacritate defendit. Hoc sane Romanae Aulae Dominii argumentum Gregorii II. & III., Zaccariae, Stephani III., Pauli I., Stephani IV.; Hadriani I., & Leonis III. opera quae situm peregregie Clariss. Abbas Vertotius, (1) late Ioannes Morinus (2) Fleury (3), & ipse Baronius descripsere.

§. XXX. Florentinorum etiam Civitas eo seculo summopere Pontificis auctoritatem creuisse cognoverat; cum enim ad Carolum Magnum legatos Figiovannes & Fighineldos & Firidulphos misisset, qui Carolum deprecarentur, ut eorum Urbem a Longobardis fere dirutam denuo ipse aedificaret, ut de ea re cum Leone etiam III. loquerentur, Ricordano Malaspina teste (4), illis Florentiae Civitas commisit, quadere parem Imperatori & Pontifici obedientiam ac subiectiōnē tribuisse dicendum videtur.

§. XXXI. Caroli Magni tempore pauca
qui-

(1) *Histoire de la délivrance, & de la grandeur temporelle de l'Eglise,, A Paris 1630.*

(2) *Histor. part. 3.*

(3) *Fleury bistoire Ecclesiastique du huitième siècle.*

(4) *Hist. Florent. cap. 43.*

quidem existunt, quae de Florentina Ecclesiastica Politia praefari possimus, neque a ratione alienum arbitror fateri eo aeo eadem evenisse in Etruria, quae unam Italici Regni partem, Sigonio referente, (1) efformabat, quae evenere in reliquis Italici Regni Provinciis. Summa fuit Regis Caroli Florentinas erga Ecclesias propensio, & nondum Imperator D. Miniatis Templo permulta temporalia Bona donavit. (2) Fallitur vero Ferdinandus Leopoldus Meliorius, dum Quaraciae Fisci donationem Episcopatui Florentino a Carolo Magno factam fuisse tradit; Ecclesiam enim ac S. Martini Monasterium Quaraciae Carolus ipse, sicuti Pisanguli Ecclesiam Nonantulanae Ecclesiae concesserat. (3)

§. XXXII. Nulla sane, uti superius animadvertisendum censui, describi potest huius aevi Ecclesiasticae Politiae ratio, nisi fabulas adoptare velimus, quas inter connumeranda videtur ea, quae de Ioanna Pseudo - Papissa post Leonem IV. a pluribus ineptis & male cordatis hominibus profertur, & a Cl. Mabillone (4) omni critico acutamine

(1) *Sigoni. pag. 163. de Regn. Ital.*

(2) *Borghin. de Eccles. & Episcop. Florent. pag. 410. & 428.*

(3) *Vid. Lami in Repertor. cuius tit. Memoria-bilia Ecclesiae Florentinae Tomo 2. pag. 820. & 843.*

(4) *Annal. Benedict. Tom. 2. anno 885.*

mine refutatur; quod autem de generali Ecclesiae Politia dicitur maiori quidem ratione de Florentina Ecclesia idem asserendum est. Ex Vincentio enim Borghinio (1) palam fit centum & triginta annos post Longobardorum expulsionem defluxisse, quibus, qui fuerint Florentini Episcopi, non constat, tantumque post intervallum temporis de Ardingo seu Rodingo quodam exat memoria, qui anno DCCCLIII. Lothario Caroli Magni Nepote, & Ludovico Lotharii filio Imp. floruit.

§. XXXIII. Nono Seculo pro successione in Imperio inter Principes contentiones ortae sunt. Antea enim postremae Principum tabulae, quas fieri poterant quaestiones omnino tollebant; Vita vero defuncto Ludovico nullis relictis masculis Carolus Calvus Galliarum & Ludovicus Germaniae Rex Imperatoriam maiestatem totis viribus exoptare ceperunt. Carolo vero a Ioanne VIII. in Imperatorem renunciato lis tali pacto absoluta fuit, quadere Pontifex postea ad se eligendi Imperatorem, potestatem spectare contendit, (2) quae res dissidiorum immensa materies inter Sacerdotium & Imperium tractu temporis fuit.

§. XXXIV. Hadrianus etiam III. ad Cle-

(1) *De Eccles. & Episcop. Florent.*

(2) *Sigon. de Regn. Ital. Giannone Istor. Civil. del Regno di Napoli lib. 7. cap. 1.*

Clerum & ad Senatum Populumque Romanum tulit, ne in creando Pontifice Imperatoris auctoritas expectaretur, utque libera essent Cleri Populique Suffragia, quod sane institutum a Nicolao I. tentatum potius quam inchoatum fuisse vitium Pontificum non sfernendus auctor afferuit. (1) Carolo Crasso vita functo, Berengariorum potentia & aliorum in Italia praevalente, Itali Scriptores, Arnulphum, Ludovicum III. & Henricum Aucupem nec inter Italiae Reges nec inter Imperatores recipiunt. (2)

§. XXXV. De Etruria vero nostra contra Berengariorum Tyrannidem potius decerfasse afferendum est. Cum enim Ludovicus III. a quibusdam Italiae Populis Imperator renunciaretur, Adalbertus eius aevi Etruriae Dux, eum summis Borghinio teste (3) recepit honoribus, ipseque Borghinius ex documentis quibusdam, quae penes Visdominorum Familiam extasse afferit, demonstrat Ludovicum III. Andreae Episcopo, qui Ardingo in Episcopatu Florentino successerat, donationes nonnullas multorum temporalium bonorum perfecisse.

§. XXXVI. Nemo est qui nesciat quae un-

(1) *Vid. Platin. in vit. Nicolai I. & Cyriac. Lentul. de Stat. Reip. Rom. pag. 1016.*

(2) *Vid. Cyriac. Lentul. pag. 1212.*

(3) *Borghin. de Eccles. & Episc. Florent.*

unquam flagitia Ecclesiasticae rei statum decimo Ecclesiae seculo perturbaverint; eo enim aevo Pontifices ipsos Clericorum morum dissolutionem ac perversitatem fovisse notum est, Petrique Apostolatum mercatos esse. Et re quidem vera nonne Ioannes X. occultis Theodorae, percelebris illius temporis meretricis artibus Pontifex creatus fuit? Nonne aetatis suae xx. anno Ioannes XI. Pontificis Sergii decem & septem ab hinc annis defuncti filius naturalis Petri Cathedram occupavit? De eo quidem Seculo cum Baronio ipso asseri potest, utili Pontifice Ecclesiam caruisse, caputque Ecclesiae ipsius invisibile summo suae providentiae actu Ecclesiae regimen, ne tandem corrueret, tenuisse.

§. XXXVII. Ioannes XII. Adalberti Imperatoris Filius Pontifex erat, & Berengarii II. & illius filii Adalberti tyrannide Itali gravabantur, quadere taedio affectis Etruriae praesertim & Galliae Cisalpinae populis (1) optimum duxerunt ad Italiae Imperium Othonem Magnum Germaniae Regem extollere, qui magnis cum copiis in Italianam pervenit Berengarium & Adalbertum profligavit, Italiaeque Rex inter Germanicos primus nuncupatus fuit, (2) & Florentini praesertim summis honoribus Ur-

(1) *Vid. Malaspin. & Ioan. Villan.*

(2) *Frigid. Oronic. lib. 6. cap. 17. & cap. 24.*

Urbe Othonem ipsum receperunt. (1) Hic tandem Imperator Ioannem Pontificem variorum probrorum ab Episcopis Cleroque Romano postulatum & perfidiae devictum Sede Pontificali, Leone VIII. in eius locum substituto, dimovit. (2)

§. XXXVIII. Othonis I. benignitate despicatui habita, Itali ad rebellionem se converterant; quadere Otho filius, quam cum contemptu amari iuxta Machiavelli (3) sententiam, timeri a subditis maluit. Instruto igitur in Vaticano convivio Principes & Civitatum Legatos, qui Officii caussa Romae aderant primum exceptit, & silentio inde per praecomenem indictio armatorum catervas Romanam introduxit; tum dato signo seditionum Auctoribus nominatis, sententia simul de iis prolata fuit, suppliciumque captum. Italis Imperator Otho II. occulte sanguinarius audiit; ipse vero Italiam in officio continuuit. Suum sane Pontifex Othoni obsequium praestitit & Imperator speratam defensionem Pontifici promisit; Nil tandem novitatum aut perturbationum sub Othono III. Imperium inter & Ecclesiam Romanam exortum est. (4)

§. XXXIX.

(1) *Vid. Malaspini. & Villan.*

(2) *Cyriac. Lentul. de Stat. Reipubl. Rom.
pag. 1212.*

(3) *Il Principe cap. 19.*

(4) *Cyriac. Lentul. pag. 1212., & 1213.*

§. XXXIX. Et II. & III. Othones varia Imperatoriae munificentiae argumenta Florentinae Ecclesiae demonstrarunt; ut enim diversorum Instrumentorum verbis utar
 (1) Otho II. Imperator „ planum maius pro-
 , pe Senas Urbem Episcopatui donavit Flo-
 , rentino & Otho III. ipsi donavit Episco-
 , patui quasdam turre, quae a Lucensibus
 , precio soluto aureorum Pisaniorum redem-
 , ptae fuerant. „ Hugonem etiam Comi-
 tem & Etruriae Marchionem, qui, uti Ma-
 laispina (2) testatur, e Germania cum Otho-
 ne III. in Italiam advenerat, ac uti Impe-
 ratoris Vicarius in Etruria morabatur, im-
 mensas in Ecclesiae Florentinae favorem
 donationes confecisse ex Historicis discimus,
 Florentinaeque rei antiquiores Historici re-
 ferunt septem in Etruria Hugonem extru-
 xisse Abbatias, ac beneficiis & privilegiis
 permultis locupletasse. (3) Melioris vero
 notae Auctores harum Abbatiarum in nu-
 mero constituendo inter se minime conve-
 niunt, Florentinaeque Abbatiae Coenobium
 tantum ipsius Hugonis cura perfectum fuis-
 se sapientissime censem. (4) Hugo demum
 ipse

(1) *Vid. haec instrumenta apud Lanium in repertorio cuius titulus Memorabilia Ecclesiae Florentinae Tom. 2. pag. 820.*

(2) *Malaspin. cap. 52.*

(3) *Vid. Malaspin. loc. cit., & illius imita-
 torem Ioann. Villan. lib. 4. cap. 1.*

(4) *Puccinell. Vit. Hugou. Etrur. Duc. pag. 34.*

ipse D. Podii Florentini Episcopi tempore,
sicuti ex Vincentio Borghinio (1) colligi-
mus, bona permulta & praecipue D. An-
dereae prope Arnum Abbatiam Episcopatui
ipsi libero munere concessit. (2)

§. XL. Ex hisce igitur Florentinae Ec-
clesiae monumentis palam fit hoc aevo Flo-
rentinos omnem adhibuisse curam, ut Ec-
clesiasticae Politiae decus non mediocre augu-
mentum reciperet; Quod sane, ut Floren-
tini perficere possent, patrimonio quodam
peculiari indigne Ecclesiam agnoverant;
ideoque ultra modum etiam in Ecclesiam
ipsam propria bona perfundebant. Ipsi quo-
que Imperatores, quorum partes sequeban-
tur eo tempore Florentini ipsi, ne quovis
sub obtentu distraherentur Ecclesiae bona,
praecepere, & inter huius generis consti-
tutiones, ut memoretur digna est Otho-
nis III. quaedam lex lata anno DCCCCVIII.,
& a Gherardo Episcopo Ravennate extensa
Synodi illius occasione, in qua Arnulphus
Mediolanensis Archiepiscopus Archiepisco-
patu expoliatus fuit. (3) Quibus omnibus

int:

(1) *De Eccles. & Episcop. Florent.*

(2) *Vid. etiam Puccinell. in Vit. Hugon.
Etrur. Duc. pag. 33. & Silvan. Raz. in Vit.
S. Podii.*

(3) *Vid. banc constitutionem relatam in lib.
Pontifical. par. 2. cap. 94. Anielli Ravennatis,
& illustratam ab Abbe Bacchino, quam confi-
tu-*

inspectis patet sex rubricarum superius adlatarum vim mentemque ex huiusc seculi decimi Politia erui minime posse.

§. XLI. Mortuo Othono III. Sergio Pontifici visum est liberam Imperatoris electionem Germaniae quibusdam Electoribus relinquere. Advertendum vero existimo in tanta opinionum varietate quoad Electorum Imperatorum originem, post Othonis III. mortem Electores quosdam Germaniae Episcopos & Magnates constitutos fuisse, sequentibus vero annis, ut septem tantum essent Electores sanctum fuit; (1) quadere a ratione omnino aliena videtur Ricordani Malaspinae (2) aliorumque historiae Florentinae auctorum opinio, qui statim post Othonis III. mortem septem Electorum Collegium creatum fuisse afferunt.

§. XLII. Interea a Clero & Germanici Regni Primatibus vita defuncto Othono III. Henricus Bavariae Dux inter Italos primus apud Germanos Secundus Imperator Italiaeque Rex proclamatus fuit; idque factum est contra vetus illud Pontificum de-

questionem Raccbinus ipse extraxit ex quodam MSC. Farpbenſi. Adami Raccolta di Leggi, e Statuti ſu' progressi e Acquifi delle Manimorte pag. 5. in prima diſſert. cuius Tit. Rifteſſioni Iſtorico-Politiche.

(1) Dupin. de antiqua Eccleſiae discipl. diſſ. 7.

(2) Ricord. Malaspin. cap. 52.

decretum, a quo constituebatur Sedis Romanae Praesulum officium fuisse, vacante Italiae Regno, Regem creare. (1)

§. XLIII. Florentiae saepenumero Henricus immoratus est, & Florentinæ praecipue Ecclesiae beneficia permulta impertivit; ex Borghinio enim, (2) & relatō Malaſpina (3) innotescit Henrico una cum Cunegunda Uxore validissima Florentino Episcopo Ildebrando auxilia praestitisse, ut D. Miniatis Ecclesiam, illa qua nunc inspicitur, magnificentia decoratam Ildebrandus ipſe aedificaret, bonisque temporalibus permultis augeret.

§. XLIV. Corradus, qui Henrico in Imperio successit, Romano cum Pontifice nunquam decertavit, & illius etiam aevō Ecclesiae Florentinæ Politia in antiquo suo splendore permanſit. Cum autem Corradus Florentiae eſſet, ubi Ioannis Gualberti Coenobium summam acquisiverat existimatiōnem, mandavit Episcopo Paderbunensi Rodulpho, ut qb Episcopi Fesulani defectum celeberrimi illius Coenobii Ecclesiam dicaret. (4)

§. XLV. Henrico II. inter Italos & in-

I ter

(1) Cyriac. Lentul. de Stat. Reipubl. Ram. pag. 1213.

(2) De Episcop. &c. Eccles. Florent.

(3) Loc. cit.

(4) Fleury histoire Ecclesiastique livre 7. §. 4.

ter Germanos III. Imperatore Ecclesiae Florentinae Politia ob Clericorum ignorantiam ac perversitatem, sicuti in reliquis Christiani orbis Civitatibus in immoderata dominationis temporalis cupiditate consistebat, plurimorumque Pontificum turpis vita Papalis dignitatis splendorem foede coinquinavit; quadere Florentini etiam Historici memoriae prodiderunt, (1) Henricum II. Ecclesiae fatalem ruinam vitandi causa curasse, ut a Pontificia sede Gregorius VI., qui Pontificatum a Silvestro III. illegitimo pariter Pontifice, mille & quingentarum librarum precio emerat, expelleretur, ac in illius locum Clemens II. eligeretur; (2) Victoris tandem II. aeo, qui post Leonem IX. Pontifex renunciatus fuerat, Florentiae initum Concilium fuit, cuius actibus caremus, in quo praecipue asperae in Simoniacos poenae iure meritoque irrogatae sunt, Berengarii haeresis damnata, & bonorum Ecclesiae alienatio interdicta fuit. (3)

§. XLVI. Henricus acerbo funere vivis decepsit, reliquo filio Henrico III. postea inter Italos, apud Germanos IV. Imperatore, qui suae aetatis sextum annum non-

(1) *Fleury, livre 59. §. 47. Malaspine. Vilbon. & Borghin.*

(2) *Vid. Baron. Annal. 1044.*

(3) *Malaspine. Borghin. Continuas. Hermann. Contract. in Chronic.*

nondum expleverat; Victoris II. curae silium reliquit Augustus pater, qui sane Pontifex, ut Italiae & Germaniae Rex eligetur, caravit; Ex immatura vero Henrici III. morte Filiique minori aetate immensa damna in Ecclesiam dimanarunt, Populus enim & Romanae Urbis Clerus Pontificem absque Imperatoris consensu eo tempore crearunt, quae res quidem usque ad eam aetatem bene progresia est, qua Henricus propriam auctoritatem agnoscere incepit. Tali pacto Fridericus Cattini Montis Praesul & Gothofredi Etruriae Dux Germanus sub nomine Stephani IX. a Populo Romano Papa electus fuit, afferique potest cum Lamberto, (1) neminem alium multis retro annis plenioribus suffragiis & maiori omnium exspectatione ad Ecclesiae Romanae regimen processisse. Ex Leone tandem Hostiensi (2) palam fit Stephanum Henrici pubertatis occasione capta statuisse cum Fratre suo Gothofredo apud Thusciam in colloquio iungi, eique, ut ferebatur, Imperiale coronam largiri; ob illius vero mortem forte opportunam quam Florentiae subire Stephanus coactus est, immensa quae animo conceperat consilia evanuere.

§. XLVII. Ildebrandi Cardinalis familiaritatem tanto in precio Stephanus habuit;

I 2 ut

(1) In Chronic. ad annal. 1051.

(2) Lib. 2. cap. 99.

ut morti proximus mandaverit novum Pontificem Ildebrandi ipsius consilio eligendum esse. Cum vero eo tempore Tusculanorum Comitum summa Romae esset potentia, peculiare familiae privilegium eligendi Pontificem extitisse presumebant, quadere mortuo Stephano IX. Benedictum X. Pontificem Romani acclamaverunt. Reverso autem a legatione, quam ei Victor II. mandaverat, Ildebrando Papalem Sedem, quam, teste Petro Damiano (1), uti Simoniacus invaserat, Benedictus reliquit, & Gothofredi Etruriae Dicis auxilio per Ildebrandum attuni est, ut Gherardus Episcopus Florentinus legitimus Petri heres sub Nicolai II. nomine Senis eligeretur, qui iam Pontifex Florentinum Episcopatum gubernavit. Ex Episcoporum enim a Borghinio perfecta serie patet nullum alium Episcopum post Gherardi electionem, Gherardo ipsi successisse, & Petrum, qui in praelaudata serie post Gherardum legitur, Instrumenta anni MLXV., & MLXVI. uti simoniacum commemorant.

§. XLVIII. Ex adlatis igitur Florentinae Ecclesiasticae historiae monumentis apparet & a Pontifice & Imperatore simul leges quoad Ecclesiasticam Politiam Florentinos usque ad decimum seculum, & ad medium usque undecimum accepisse. Tali vero

(1) *Epistol. 4. lib. 3.*

vero pacto res minime sese gessit defuncto Nicolao II. & Alexandro II., olim Anselmo Episcopo Lucense, Pontifice renunciato. Quum enim ab Henrico IV. Alexandri II. electio comprobata minime fuerit, acerrima inter Sacerdotium & Imperium dissidia exarxere, Etruriaeque nostrae opus fuit Pontificis partes defendere. Namque Alexander Gothofredi Etruriae Ducis & Archidiaconi Cardinalis Ildebrandi consiliis ad Summi Apostolatus apicem pervenerat. Etruria tandem Pontificis Imperio parere haud dignata est ad ea usque tempora, quibus Guelphorum & Ghibellinorum factiones Etruriam divisere, qua occasione Pontificis Guelphi, Imperatoris Ghibellini iura defendebant.

§. XLIX. Etruria nostra suam praesertim demonstravit cum Romano Pontifice coniunctionem, eo potissimum aeo quo Imperatoris Henrici Administri, qui in Gallia Cisalpina degebant, Cadalusum Episcopum Parmensem Pontificem elegerunt; cum enim Pseudo-Papa Cadalusus immensis armorum copiis Romanum obsedisset, a Gothofredo Etruriae nostrae Duce ad Romae defensionem a Cardinali Archidiacono Ildebrando accito Cadalusus ipse reiectus fuit. (1)

§. L. Diu multumque Pseudo - Papa Alexandrum II. afflixisset, nisi Petrus Da-

I 3 mia-

(1) *Fleury Histoire Ecclesiastique livr. 70. §. 47.*

mianus permultas ad Henricum literas scripsisset, in quibus Galliae Cisalpinae administratos nimium erga Pontificem crudeles atque pervicaces fuisse accusabat; (1) illius enim adhortationibus ac precibus Henricus commotus Romam Annonem Coloniae Archiepiscopum misit, ut Ecclesiae divisiones misserrimas componeret. Imperatoris nomine de Alexandri electione inconsulto Imperatore ipso perfecta, Archiepiscopus Colonensis conquestus est, cui ardenti oratione respondit Ildebrandus, & aiunt Pontificiae dignitatis defensores ea in re Annonis animum Ildebrandi argumentis devictum remansisse. His tamen minime obstantibus Annonis precibus Alexandre porrectis, et si invitus, Alexander ipse Concilium, quod Mantuanum dicitur, indixit, in quo postea Alexander II. verus Romanus Pontifex, & illegitimus Sedis Romanae usurpator Cadalusus iudicatus fuit. (2) Quantum vero Concilium Mantuanum Pontificis potestatem auxerit atque ampliaverit, & Imperatoriam imminuerit, sagaci Lectori ex confessariis, quae ex ipsius actibus eruuntur, dijudicandum lubens relinquo. (3)

§. L. Ecclesiasticae rei status iis temporibus-

(1) *Lib. 2. Epistol. 47.*

(2) *Fleury histoire Ecclesiast. livre 6.*

(3) *Vid. Acta hujus Concilii apud Labbeum & Harduinum.*

poribus ab externis non solum universae Ecclesiae seditionibus, sed internis etiam Florentia agitabatur. Petro enim primo Episcopo, Florentiae invaluerat opinio, ipsum Petrum Episcopum ad Episcopalem Cathedram simoniace pervenisse, idque a Monachis D. Ioannis Gualberti discipulis praecipue postulabatur, & pro nihilo hac in re ab ipso Ioanne Gualberto Petri Damiani auctoritas habita fuit, (1) qui Florentiam, ut tumultus pacaret, advenerat. Res ad Concilium ab Alexandro II. Romae convocatum perducta fuit; verum ob diversas, in quibus scindebantur opiniones Concilii Patres, lis adhuc sub Iudice fuit. Aiunt Florentini Historici a Petro Aldobrandino terribili ignis experimento litem absolutam fuisse; verum quoad huiuscē fabulosi experimenti tempus inter se pugnant Historici. Facti mira descriptio in quadam Populi Florentini ad Alexandrum II. epistola legitur, (2) a Cardinali etiam Baronio relata, (3) qui anno MLXIII. id accidisse censuit. Ait Mabillonius (4) ex quibusdam postea recentioribus monumentis ostendit anno MLXII. id evenisse, illudque tantum hac in re dubio

I 4 caret

(1) *Vid. Vit. Ioann. Gualbert. cap. 9.*

(2) *Epist. Popul. Florent. ad Alexand. II. re-*
lat. in Vit. D. Ioann. Gualbert.

(3) *Baron. Annal. 1063.*

(4) *Mabillon. Annal. Benedictin. ad ann. 1062.*

caret Petrum Florentinum Episcopum reliqua Episcopali Sede Ioannis Gualberti vestem induisse, Petrumque Aldobrandinum *Igneum* ab Historicis nuncupari.

§. LI. Mortuo Alexandro II. sub nomine Gregorii VII. Ildebrandus Pontifex fuit, quem postea Itali inter integerrimos vitae homines in Martyrologio connumerarunt, non vero Galli, qui Regali anni MDECCXV. Edicto, & Sorbonae Decreto illius *Officium & Missam* prohibuere; sub hoc etiam Pontifice Etruriae Populi Ecclesiasticum statum iuxta illius voluntatem gubernarunt.

§. LII. Nullus sane Pontifex ante Gregorium VII. tanta animi alacritate & vehementia excommunicationis poena usus est. Ex illius enim Epistolis non sine mentis perturbatione manifestum fit, quas irrogaverit censuras, quot unquam qualesque Galliae Cisalpinae, Germaniae Galliarumque Episcopos deposuerit. Ex iisdem tandem epistolis eruitur, quo pacto spirituales poenas temporalibus substinuerit, quoque pacto excommunicandi etiam Principes eosque deponendi sibi facultatem potestatemque tribuerit. (1) Notissimae sunt penes omnes

(1) *Vid. quae de hoc Summo Pontifice referunt Benonius, Schimidius, Mossenius, Berclujus, Sagittarius, Dupenius, Boffuetius lib. 4.*

omnes Gregorium inter & Henricum IV. acerrimae inimicitiae. Nam Gregorius non solum Henricum anathematis fulmine percutiit, sed Regno ipsum Pontificia, uti aiebant, potestate expoliavit, ipsiusque Henrici subiectos a fidelitatis iuramento dissoluit. Quum vero Henricus minime a suo relinqueretur exercitu, quo bellum gereret cum Rodulpho, qui cum ipso, Gregorio suadente, de Imperio contendebat, omnes Pontificis conatus & Fulmina pro nihilo habuit. Per multi etiam erant in Germania Episcopi, qui Pontificiae sententiae nullitatem Henrico demonstrabant, immo ipsi Germanici Episcopi Henrico suasere, ut Gebertum Pseudo-Papam crearet, a quo postea Imperiali corona decoratus fuit.

§. LIII. Gregorius VII. triste exilium Romana ex Urbe subire Henrici ab armis coactus est; (1) quadere Pseudo-Pontificem Gebertum Romani in usurpata sede posuire. Henricus postea in Etruriam inimica arma contulit, Senisque profectus & Galliam Cisalpinam petens, & Florentinum per Territorium transiens, Florentiam, quae Imperatoriae Maiestati rebellis Gregorii caussam

& 7. defensio Cler. Gallic., & praecipue Sermonem Praefulis de Fleury ad Ecclesiast. bistor. Secul. XI. §. 17. per tot. Tom. 9. Edit. Italicae.

(1) *Vid. Segebert. in Chron. Vid. praelaud. Sermon. Praeful. de Fleury §. 17.*

ussam tuebatur, obsidione constrinxit: (1) Henricus vero tota animi alacritate a Florentinis ab obsidione illa reiectus, & Galiae Cisalpinae iter prosequens, ibi a potentissima Etruriae nostra Comitissa Matilda, quae Gregorii VII. familiaritatem summopere colebat, (2) profligatus est (3).

§. LIV. Eo igitur tempore Florentini, referente Sigonio, (4) Pontificis Gregorii consiliis Imperatoris iugum excusserunt novumque Reipublicae statum sibi ipsi constitutere. Haec sane Florentinorum ab Imperatoris ditione alienatio iniusta ab Auctore quodam (5) censetur, quidquid tamen fuerit, iurene an iniuria id Florentini perfecerint, res ita se habuit.

§. LV. Sub Victore III. & Urbano II. eaedem sacerdotium inter & Imperium contentiones exarsere, & Etruria nostra Pontificis semper Imperio paruit; immo sub Urbano II. Mathilda, quae Etruriae Ducatum eo tempore moderabatur innupta, uno cum Guelpho Bavariae Ducis Guelphi filio societatem coniugalem iniciit, ut illius auxilio in Henricum pugnaret. (6)

§. LVI.

(1) *Vid. Ricord. Malaspina. cap. 68. Ioann. Villani. lib. 4. cap. 23. Ammirat. Histor. Florent. lib. 1.*

(2) *Horn. histor. Ecclesiast. pag. 150.*

(3) *Vid. memorat historic. Florent. loc. cit.*

(4) *De Regno Italico.*

(5) *Notizie intorno alla Libertà Fiorentina Part. I.*

(6) *Sulpic. lib. 61. num. 38.*

§. LVI. Henricus vero cum Pseudo Papa Guiberto talem ac tantum metum in Etruria gentibus & praecipue Florentinorum animis excitaverat; tanta erat Ecclesiasticae Politiae perturbatio, ut Raynerius nimium simplex Florentinus Episcopus Anti-Christi adventum praedicaverit; (1) de haec vero falsa opinione Paschalis II. in Generali Florentino Concilio anni MCV. in quo de Ecclesiae universalis perturbatione tollenda inutiliter actum fuit; Raynerium redarguit; (2) huiusmodi occasione capta Paschalis diu in Etruria commoratus est, quo tempore Lucensium Canonicorum Reformationem ab Anselmo Lucensi Episcopo perfectam probavit, & ipsam deinde Basilicae Lateranensis Canonicis observandam praescripsit. (3) Corradus etiam Henrici filius; qui ob Patris tyrannidem in Etruriam ad Mathildam confugerat; mortuus in Etruria est. (4)

§. LVII. Non minor sene tumultus Henrici Imperatoris IV. apud Italos & apud Germanos V. tempore Ecclesiam perturbavit. Notissima est penes omnes Ecclesiasticae

(1) *Borgbin. de Eccles. & Episcop. Florent.*
pag. 470.

(2) *Borgbin. loc. cit. Pandulpb. Pisan. in Vit. Paschal. II. part. 1. Tom. 3. Rer. Italic. Scriptor.*

(3) *Murat. Annali d' Italia Tomo 6. anno 1105.*

(4) *Borgbin. loc. cit. pag. 472.*

cae rei peritos Paschalis II. infelix captivitas; Notissimum peculiare Concilium Lateranense, quod Romae anno MCXII. habitum est, in quo uti ex Labbeo (1) eruitur, improbata omnino Imperatoris & Regum facultas fuit concedendi ante Episcoporum consecrationes investituras; huiusmodi enim privilegium vi extortum fuisse ab Henrico Romani praesumebant.

§. LVIII. Florentinorum Civitas illo etiam tempore Pontificis partem defendit, & ab armis Comitissae Mathildae post pertinax quod Henricus gesserat bellum in Ecclesiam, Henricus ipse profligatus est (2); Pontifici tandem placuit & Henrico de pace restauranda in Ecclesia inter se convenire, ac sub idem tempus Concilium Lateranense Oecumenicum primum inter Occidentales Romae habitum fuit, Callixto II. Pontifice, ubi secundum conventa, pax ea coaluit, ut Imperator libera electione Ecclesiae permissa, ius investiturae Episcopatum, quae per annulum & virgam Episcopatus insignia gerebatur, Episcopis remitteret, hi ab ipso regalia pro sceptro reciperen; (3) qui vero de originé, & progressu potentiae Romani Pontificis scripsere, aiunt, ipsum

(1) *Labb. Concilior. Tomo III.*

(2) *Ricordan. Malaspini. cap. 73.*

(3) *Doviat praenot. Canon. lib. 2. cap. 6.*

§. 2. & seqq.

ipsum Romanum Pontificem hac in re maximum potentiae incrementum recepisse, & huiusc rei argumenta ex iis, quae exposuimus, deducunt.

§. LIX. Mortuo Henrico inter Imperatores IV. & Italiae Reges V. Lotharii III. & Corradi pariter III. tempore Sacerdotium inter & Imperium dissidia iam nulla fuerunt, immo ex eius aevi historia liquet, mutuum Imperatores & Pontifices sibi auxilium praestitisse, ut Rogerium Siciliae Regem Regno expoliarent. Sua enim iura Imperatores pro Siciliae Regno obtinendo proferebant, sua Pontifices, quibus Supremum Regni dominium sibi pertinere assertabant.

§. LX. Quid mirum igitur, si Ecclesiasticae rei status, Florentiae etiam recto ordine procedebat? Hic loci animadventendum censeo Florentinorum Episcopatum, cum esset Episcopus Guidfredus, Villis Castrisque permultis a laicis & a pia praecepit munificentia ditissimae foemine auctum fuisse, cuius quod fuerit nomen ex Instrumentis non constat. (1) Nil de Imperatorum erga Florentinam Cathedram munifi-

(1) Instrumentum est anni 1126. in quo dicitur hujusmodi donationes factas fuisse a muliere quadam Ioannis Bottarii filia, & Ridolpbini Bernardi de Catignano uxore &c. Hoc relatum est a Borghino &c.

nifcentia præfator; ea enim in re munificissime Imperatores se gesserunt. (1) Recenseantur etiam oportet donationes, quas Hinchilbertus, Corradus, Ildeericus Etruriae *Marchionis* Florentino Episcopo perfecerunt, quas inter praecipue illa eminet, quae a Corrado *Marchione* uti dicebatur „per l' *Albergheria* „ facta fuit; „ *Albergheria* „ autem erat *Hospitium*, quod tribuebatur a subiectis *Marchionibus*, Potestati ac ceteris Reipublicae Officialibus, qui propriam iurisdictionem invisebant, idque a Corrado Florentino pariter Episcopo concessum fuit. (2) Illam quam obtinebant visitationis causa mercedem Episcopi, sua in origine parvam fuisse colligimus; quum vero eam, quae ex voluntaria quadam donatione nasciebatur, postea uti de iure debitam ob Episcoporum avaritiam petere a Dioecesanis Episcopi ipsi inceperint, in quodam Concilio Toletano hanc exigendi mercedem in huiusmodi occasione ab Episcopis usus omnino improbatus fuit. (3)

§. LXI. Florentinorum Ecclesiastica Politia per quoddam etiam tempus Friderico Genuobarbo Imperatore tali pacto progressa est.

(1) *Borgbin. de Eccles. & Episcop. Florent.*
pag. 476.

(2) *Borgbin. loc. cit.*

(3) *Vid. Labbeum, & Harduinum in Conciliorum collectione.*

est. Cum vero ob initam ab Hadriano IV. pacem inconsulto Friderico cum Guillermo I. Siciliae Rege inimicitiae gravissimae inter Fridericum ipsum & Pontificem exorierentur, (1) Huiuscen novissimae inter Sacerdotium & Imperium dissensionis effectus Florentinorum etiam Ecclesiastica Politia experta est.

§. LXII. Italiam universam ob maximam Oenobarii potentiam suae libertatis ruinam timuisse apud omnes exploratum est. Nam Fridericus post Roncaliae conventum (in quo post acerrimas Martini & Bulgari quaestiones, nulla habita ratione differentiae inter eminentem & privatum Imperatoris dominium decisum fuit Imperatorem universi non solum Orbis, sed rerum etiam privatorum absolutum habere dominium) (2) tam extensum Imperii sui conceptum habuit, ut neminem unquam ex antiquis Romanis Imperatoribus, cum vere totius fere Orbis essent dominatores, huiusmodi ideam tanta animi preventione adsequutum fuisse asseri fortasse possit.

§. LXIII. Primum Imperialis potentiae signum Fridericus in Archiepiscopum Lugdunensem exercuit. Quum enim in Germaniam Roma ipse reverteretur, captivus,

Im-

(1) *Vid. Epistol. Frideric. ad Hadrian. IV. ap. Inveges. lib. 3. Histor. Palermi.*

(2) *Gloss. in La bène & Zenone &c.*

Imperatoris iusfl factus est. Mortuo vero Hadriano & Pontifice Alexandro III. renunciato, Schisma, quod ob illegitimatam Victoris VII. electionem Romae exortum fuerat, tota animi alacritate Fridericus defendit. (1)

§. LXIV. Huiusmodi Ecclesiae universae perturbationes permulta damna Florentinae etiam Ecclesiae statui attulere. Illegitimum enim Pontificem Victorem ab eodem Friderico Oenobarbo in Etruriam missum ac in Friderici ipsius fidem receptum valde potuisse in Etruria ex Borghinio (2) liquet. Et revera quamvis in Episcoporum electionibus variis temporibus inter Clerum Florentiae dissidia exorta essent, huius tantum Imperatoris aëvo diversos Episcopos in Sede Florentina intrusos comperimus. Julius, referente eodem Borghinio (3) Guifredo successit, ac eodem temporis spatio duos Iulios & quemdam Zenobium Episcopos Florentinam Cathedram occupasse ex Instrumentis appareat. Florentini quidem illi, qui prior legitime Episcopus electus fuerat obedientiam & subiectionem praestiterunt, quadere varias Episcoporum intrusiones ob Oenobarbi praepotentiam natas po-

(1) *Guillelm. Tir. de bell. Sacr. lib. 18. Rodevic. Vit. Frideric. Imperator.*

(2) *De Eccles. & Episcop. Florent. pag. 481.*

(3) *Loc. cit.*

potius fuisse afferendum sit, si fidem praeferimus habeamus iis, quae sequentibus temporibus ab Innocentio III. Florentino Episcopo scripta fuisse comperimus. (1)

§. LXV. Terribile quod tunc temporis inter Fridericum & Longobardorum societatem bellum gerebatur pro Longobardis ipsis felix faustumque successit, quadere Imperator ipse ut pax conficeretur, apud Venetas indicto colloquio, expostulavit. Alexander III. pro Longobardis pacis arbiter constitutus fuit, qui sane suarum rerum tantum satagens, quas eo aevo extabant contentiones Sacerdotium inter & Imperium componere curavit nulla habita ratione eorum, quae contra Fridericum Longobardi ipsi constituendas esse contendebant; quadere Pontificem promissam deseruisse fidem vehementer ipsi conquesti sunt. (2)

§. LXVI. Ex his Pontificis Alexandri III. rebus gestis Ecclesiastici Historici Pon-

K tifi-

(1) Lib. 3. decretal. Tit. 24. de douar. cap. 3.
 „ per tuas literas proponere procurasti quod cum
 „ quidam nobiles Florentini tempore Schismatis
 „ Episcopum Florentinum in domo sua tenuerint;
 „ Idem Episcopus sedata schismatis tempestate de
 „ mandato Alexandri III. Papae quatuor modios
 „ terrae in feudum concessit eisdem, & successor
 „ ipsius (prout est moris) de certo feudo praefatos nobiles investivit.

(2) Vid. Sire „ Raul. ad pag. 1192. Tomo 6.
 Rer. Italic. Scriptor.

tificiae potestatis & auctoritatis augumen-
tum deducere posse existimarent; quantum
vero Pontifices eo aevo suam potestatem
extendendi ius se habere contenderent, ex
quodam ipius Alexandri III. libro cuius est
titulus „*De Potestate Ecclesiastica* „, colli-
gere concessum est. Alii qui de Sacerdotii
& Imperii limitibus scripsere nullo iure
Alexandri librum suffultum esse autumant,
et Guldasti iudicium sequentes aiunt (1) „
„ Debilitatos (hoc opere) adeo infirma-
„ tosque fuisse disciplinae nervos pertur-
„ bata Episcoporum iura, sublatas Iudicio-
„ rum leges aut in miserum saltem modum
„ afflitas, ut ex iis discordiarum ac litium
„ seges immensa fructificaverit. „ Quidquid
autem de hac quaestione dicendum sit, iu-
rispublici Ecclesiastici peritis animadverten-
dum relinquo.

§. LXVII. Florentinorum Ecclesiastica
Politia ob intimam pacem, quam univer-
sali Ecclesiae Alexander III., ac Fridericus
Oenobarbus restituerant, antiquum ordinem
recepérat. Quum vero anno MCLXXXVIII.
Christiane Reipublicae gentes inopinatē
audirent Saladinum Ierosolymae Imperium
sibi adiecisse, non mediocrem sane pertur-
bationem expertae sunt; quadere cum ad
Ierosolymae recuperationem Populi a Gre-
go-

(1) *Vid. Goldast. Prolegom. ad opus de antiqu.*
Canon. collection.

gorio VIII. vocarentur, Florentini etiam permulti, ad quos hortandos Gregorius ipse Ravennatem Archiepiscopum miserat, illam expeditionem sequuti sunt, immo, Ricordano Malaspina teste, (1) Florentini Damiate oppidum ante alios ingressi fuisse feruntur.

§. LXVIII. Sacri huius belli origo ab Urbano II. repetenda est; post annum enim millesimum vifum Pontificibus est non aere, sed voce ciere viros, sacramque Martem non cantu, non sonitu, non clangore tubarum sed piis abhortationibus accendere. (2) Quamyis vero quamplurima fortissime etiam gesta sunt, quaeque aeternam zeli pariter ac virtutis mereantur gloriam, si tamen quod verum est, fateri licet, ait Hermannus Coringius (3), non possunt non „expeditiones illae omnes summae eius „aevi Regum Principumque & impruden- „tiae & iniustitiae & superstitionis iure „merito notari. „ Qui tandem summum Romani Pontificis potentiam incrementum ex huiusmodi expeditionibus habuisse asserunt, aiunt ad id potissimum Pontifices,

K 2

Re-

(1) Ricordan. Malaspin. bifor. Florent. cap. 81.

(2) Abram Brvius Tom. XVIII. Annal. ad an. 1010. Vid. biforiam Criticam Anonymi impreffam Hayae.

(3) In annot. ad Lamprid. pag. 242.

Reges hortationibus allexisse, ut libere ipsi Christiano orbi leges ferrent, iura darent ipsis Regibus, & Imperatoribus de rerum summa inter se decertantibus, eosdemque sacris arcendo punirent, cunctisque adeo summae potestatis partibus in hoc Ecclesiastico Imperio fungerentur. (1) Huiuscem vero rei decisionem libenti animo ad Lectorem remitto.

§. LXIX. Tali pacto Florentinos, quum id maxime eorum libertatis servandae causa interesset, Pontificis voluntati paruisse compertum est; quoniam vero Florentini plerumque in eadem fuerunt fortuna, in qua reliquae Itiae Civitates pro variis temporibus reperiebantur, ideo ipsos ac Etruriam universam iisdem dannis affecit Paterinorum secta; quibus ipsa Galliae Cisalpinac populos perturbavit. (2)

§. LXX. Paterinorum nomen antiquius habebant Catholici, qui Ecclesiasticis Simoniacis ac Concubinariis obstabant; Ab ipsis enim Concubinariis Clericis tali pacto veri Catholici nuncupabantur. (3) Eo etiam tempore Castrororum ex Insubria haeresis in

(1) Budd. Select. jur. nat. & gent. Exercit. hist. jur. nat. de Exped. Cruciat. §. 20.

(2) Vid. Tertiam dissert. nostram a §. VII. usque ad §. X.

(3) Murat. diff. med. aev. 60. Ricbin. dissert. 1. de Catbaris.

in Italia progreffa erat, ac illius affectae permultos evulgabant errores, quos inter quidam reperiebantur, qui omnino ipsorum Clericorum delinquentium actionibus observari videbantur, quadere obscuro loco nati homines hos impios Haereticos & bonorum Clericorum numero esse existimarent, eosque Paterinos, uti antea boni nominis Clerici vocabantur, appellarent. Anno praecipue MCXCIII. se extendit haec haeresis in Etruria; pro certo enim habemus ex quadam Pratenis Oppidi Archivi documento eiusdem anni, Henricum VI. Imperatorem in Italiam Henricum Wormatae Episcopum misisse, ut Paterinos haereticos, qui tunc in Oppido Prateni morabantur, extingueret. (1)

§. LXXI. Celestino III. Pontifice Henricus VI. Philippo Fratri, & Graecorum Imperatoris Filiae Hirenii Philippi ipsius uxori universae Etruriae dominium tradidit, ac Comitissae Mathildae bona, quae Ecclesiae antea Mathilda ipsa donaverat; (2) quadere Innocentius III. qui Celestino iphi successit, Philippo iam antea offensus eo quod in Etruria existens hoc S. Petri Patrimonium invasisset, eligere ipsum Regem haud consensit, sed Othoni favens eumdem

K 3

Ro-

(1) *Lami Lezign. d' Anticbit. Fiorent.* 35.
part. 2.

(2) *Corrad. Ufferg. ed an. 1193.*

150

Romanae Ecclesiae defensorem collaudavit. (1)

§. LXXII. Mortuo Henrico VI. gravissimae inter illius fratrem Philippum, & Othonem IV. postea Imperatorem pro Imperii Germanici Successione discordiae exortae sunt; quadere Florentini capta occasione, qua Philippus in Germaniam iter perfecerat, Innocentii III. auxilio societatem quamidam foederativam inierunt suae non solum libertatis tuendae causa, ut in prima Dissertatione nostra demonstravimus, sed etiam ut inquit scriptor vitae Innocentii „ ad honorem & exaltationem Apostolicae Sedis: & quod possessiones & iura Sacrosanctae Romanae Ecclesiae bona si de defenderet, & quod nullum in Regem & Imperatorem reciperent, nisi cum Romanus Pontifex adprobaret. „

§. LXXIII. Huiusc Societatis quae fuerit vis paullo post Otho IV. agnovit. Quamvis enim anno MCCX. Otho ipse Romae Imperator acclamaretur, nihilo tamen secius Innocentii III. iram & excommunicationis fulmina expertus in Germaniam reverti coactus fuit, et si illius favore Longobardorum arma pugnarent. (2)

§. LXXIV. Ad haec usque tempora Ecclesiasticae Politiae ratio apud Florentinos tali

(1) *Otho de S. Blasio cap. 48.*

(2) *Murat. loc. cit.*

tali pacto processit. Ob publicam enim utilitatem Florentini Pontificis potius quam Imperatoris amicitiam curantes Pontificis ipsius imperio paruere. Cum vero ob quoddam inopinatum infortunium in duas Guelphas ac Ghibellinas partes Civitas etiam Florentina scinderetur, Imperatoris primi, Pontificis alteri Imperium tuebantur.

§. LXXV. Multorum diu fuit praeiudicata opinio has Ghibellinorum & Guelphorum partes Friderici II. tempore originem habuisse; sed antiquior certe earum origo censenda est. Struvius (1) enim Presbyteri Andreae auctoritate, (2) nos monet Corradi III. tempore in Germania natas & auctas esse. Nam Ghibellini vocabantur ii, qui in Ghibelli Urbe commorantes, ubi Henricus Corradi Filius ortus duxerat, Imperatoris partem sequebantur; Guelphi a Guelpho Bavariae Duce dicti sunt & Pontificis iura defendebant; haec deinde nomina post Buondelmontis mortem in Amideorum coniuratione interfici, Florentiae quoque audiri anno MCCXV. ceperunt. (3)

K 4 §.LXXVI.

(1) Syntag. histor. German. differet. 17. §. 4.
pag. 510.

(2) *Vid. Presbyter. Andr. Chronic. Bavar.*
pag. 22.

(3) Vid. *Mulassini*, cap. 104. *Machiavelli*, *bistor.* lib. 2. *Gianfrancesco Bisturi*, *Civil. del Regno di Napoli* lib. 16. pag. 374. §. 1.

§. LXXVI. Et vero ea iam attigimus tempora, quibus Ecclesiasticam suam Politiam, non tam ad Canonum normam & Pontificiarum Sanctionum regulam, quam ad suae Reipublicae potius leges exigere iam studebant Florentini. Cum enim animadvertisserent Pontifices plerumque Religionis obtentus & divini iuris tuendi specie, humanis non raro causis se immisceret, & civilem ipsam eorum maiestatem invadere, ceperunt iam Pontificios terrores & intempestivas censuras longe securius excipere & pari constancia refutare. Ea enim invaluerat iam tenebrisissimis illis temporibus Religionis potius corruptela, quam forma, ut si quando contra Romanam auctoritatem peccatum vel leviter videretur, sacra fidelium communione illico arcerentur Civitates, divinis muniberibus sacrisque pene omnibus interdicerentur, nec nisi iniquissimis conditionibus ad divinas participandas res denuo revocarentur. Tantam Romanorum Antikitum immoderantiam pertaesit iam Florentiae Moderatores obsistere iam illi omni pacto statuerant, Presbyteris aequae ac Coenobitis severe praecipientes viderent, ne qua Pontificia censura in posterum moverentur, quominus Ecclesiastica officia & quotidiana sacra, ut antea, peragerent, easque ut inferius ostendemus contra Ecclesiasticam libertatem leges Florentini

tini condiderunt, quae in secundum Statutorum librum totidem fere verbis, ut diximus, sunt relatae.

§. LXXVII. Huius aetatis Historici referunt Pontificem eo praesertim tempore curasse, ut varia partium studia a quibus vexabantur Etruriae Civitates, diu protraherentur. Nam tali pacto suis in limitibus Imperatoris iura continere sperabant; (1) qua re cognita a Friderico, ipse etiam Ubertorum partem fovere studebat; (2) & ea de causa Neapolim reversus Conradum Episcopum Neumagensem Imperii Cancelarium in Etruria reliquit, ut antiquos in fide contineret ac novos amicos quaereret. (3)

§. LXXVIII. Inficiari quidem non possumus primis Friderici II. annis Fridericum ipsum Honorio III. favisse, sed utrum sicut, an ex animo dubitatum est. Et sane anno MCCXX. quo ab Honorio Imperiale coronam adsequutus fuit, ipso suadente Pontifice, celeberrimum evulgavit Edictum, quod & sub titulo „*de Haereticis, & Manichaeis*„ in corpore Iustiniane & latius in Regum Feudalium libro relatum legimus, quo infamiae, exilii ac honorum publicandorum poe-

(1) Giannone loc. cit.

(2) Machiavell. Istori. Fiorent. lib. 2. pag. 97. Ediz. ult.

(3) Giannone loc. cit.

poena coercentur Cathari, & Paterini qui
praecipue haeretici Florentiae sub eorum
Duce Philippo Paternone dominabantur. (1)

§. LXXIX. Divinus Poeta noster Dan-
thes (2) non sine laude commemorat SS.
Francisci & Dominici Instituta ab Innocen-
tio III. superioribus annis probata, & ab
Honorio III. Imperatoris ipsius consensu
confirmata, (3) quorum primum in Etruriae
Urbibus ipius Francisci, & alterum Ioan-
nis Salernitani opera constitutum fuit. (4)

Ho-

(1) *Lami Lezion. Floren.* 13. pag. 484.

(2) *Tali pacto cecinit Poeta de Franciscano
Instituto Paradis. Cant. XI.*

Penso oramai qual fu colui che degno
Collega fu a manterne la Barca
Di Piero in alto mar per dritto segno.

E questi fu lo nostro Patriarca
Petche qual segue lui come comanda
Discerner puo che buona merce carca.

*Et de Dominicanu sic quoque cecinit Para-
dis. Cant. XII.*

Poi con dottrina e con volere insieme
Con l'ufizio Apostolico si mosse
Quasi torrente ch'alta vena preme..

E negli sterpi eretici percosse
L'impeto suo piu vivamente qui vi
Dove le resistenze eran piu grosse
Di lui si fecer poi diversi rivi
Onde l'orto Cattolico si riga

Sicchie suoi arboscelli stan piu vivi.

(3) *Paol. Sarpi, discorso sopra l'inquisizio-
ne della Repubblica di Venezia Tom. 6. Ope-
rum pag. 6.*

(4) *Lami Lezion d'Antichità Fior. 16. p. 507. e 508.*

Horum antiquitus Ordinum cura fuit in
haereticae pravitatis coinquinatos homines
inquirere, quod antea ab Episcopis pree-
stabatur, ac postea Florentiae Communi,
ut ipsi punirentur, tradere, si fidem habe-
mus legi, quam in Capitulo XIII. Libri III.
Statuti nostri legere possumus, quamque re-
ferente Ioanne Lamio, eo tempore latam
fuisse credendum est. (1)

§. LXXX. Prima dissensionum inter
Fridericum II.; & Honorium III. origo fuit
odium, quo Fridericus Guelphorum partes
prosequebatur; & ardor quo Ghibellinos
Pontifici rebelles defendebat. (2) Quereba-
tur etiam Honorius Fridericum Episcopos
permultos auctoritate sua deposuisse; va-
riasque Ecclesiæ expoliasse, adeoque Ec-
clesiasticam libertatem contra datam fidem
offendisse. Fridericus vero Principes omni
aestate a Caroli Magni aero deponetidi Epi-
scopos suspectos habuisse facultatem respon-
debat (3), & quoad Ecclesiæ ab eo expi-
latas dicebat id ab eo factum esse, ut illis
Ecclesiæ bonis Damiatae oppidum a terri-
bili

(1) Spogli MSC. di Ferdinando del Migliore,
& Lami loc. cit., & tertiam praefationem
§. VII.

(2) Giannon. Istori. Civil. del Regno di Napoli
lib. 16. cap. 1.

(3) Fazzell. decad. 2. lib. 8. cap. 2. fol.
448.

bili Soldani obsidione; qua tunc costringebatur, liberaret.

§. LXXXI. Ricordanus Malaspina (1) ceterique Florentinæ rei Historici asserunt ob eas potissime caussas Honorium III. Anathematis fulmine Fridericum percussisse; de hac vero re satis non liquet; immo Petrus Giannonius (2) id a veritate omnino alienum esse putavit. Discordias enim, quae Honorium inter ac Fridericum interfuerunt tam graves minime fuisse Giannonius censet, ut Fridericus a spiritualibus illis poenis coerceri mereretur, quae postea ab Honorii successoribus Gregorio IX. & Innocentio IV. in ipsum iure nescio an iniuria irrogatae fuerunt.

§. LXXXII. Prima removendi a piorum coetu Imperatorem caussa fuit neglecta contra Seracenos expeditio. Iuraverat enim Fridericus bellum se contra Saracenos moturum, sed in eo fidem fecellit. Cum enim Classem concendisset Imperator, triduum in mare provectus subito convertit, & uti ex Petri de Vineis Epistolis, ac Caroli Siganii verbis colligimus se per incommodam valetudinem maris iactationem ferre posse negavit. Et haec sane res Gregorio IX. iusta

(1) *Istor. cap. 123.*

(2) *Vid. Istor. Civil. del Regno di Napoli lib. 16. cap. 5.*

157

justa excommunicandi Fridericum causa
visa est. (1)

S. LXXXIII. Proprias Fridericus in
Pontificem concitavit iras putans levem ob
causam Pontificem ipsum sibi huiusmodi
poenas irrogasse, ideoque pro nihilo eas
habuit, cum vero Pontificis Gregorii poten-
tiam summopere timeret, antiquos, quos in
Etruria habebat amicos ad sui defensio-
nem adeo commovit, ut contra suam ip-
sam, quam paullo ante, in Haereticos &
Manichaeos tulerat legem agens, Ghibelli-
nos non solum sed Paterinos etiam haere-
ticos propria auctoritate defenderit, & cum
esset eo tempore Florentinorum Potestas
Paces Pesannula Bergomensis, ipsorum de-
fensionem Pesannulae ipsi mandavit; (2)
quadere Danthes suo in Inferno, Guelpho-
rum opinionem sequens Epicuraeos inter
una cum Farinata de Ubertis Fridericum II.
commemoravit.

qui

(1) *En verba Siganii de Regno Italiae*, „ Gre-
„ gorius IX. sub ea occasione quod nos in ter-
„ mino nostro dato infirmitate gravati transire ne-
„ quivimus ultra mare Primitus excommunica-
„ tioni subiecit &c. Idque opponi potest Ricor-
„ dano Malaspina, & Ioanni Villonio qui afferunt
„ Honorium III. primitus Fridericum excommu-
„ nicasse.

(2) *Lami Antiquit. Florent. lezion.* 15. pag.
497.

..... qui con piu di mille giaccio,
 Qui entro è lo seconde Federigo
 E il Cardinale e mille altri mi taccio. (1)

§. LXXXIV. Agnoverat Pontifex Guelphorum res ideoque suas pessime Florentiae procedere, quadere cogitavit (quaesito colore tollendi progressus, quos Philippus Paternonus, Paterinorum, uti diximus, Florentiae Magister ac Dux, sua in haeresi perfecserat) illud quod appellatur Inquisitoris Tribunal Florentiae etiam constituere; quod sane Tribunal sicuti statum facit in statu (2) Friderici etiam amicos in officio continuit. Hinc factum est ut anno MCCXXVII. Gregorii IX. Pontificatus secundo, (3) & non uti vult Lamius primo (4) S. Mariae Novellae Coenobii Praefecto Ioanni Salernitano, cuidam S. Mariae Monacho, & Bernardo Florentinae Ecclesiae Canonico Gregorius ipse mandaverit, ut in Philippum Paternonum praecipue omni cura inquirerent, (5) & haec sane est extraordi-

(1) *Infern. Cant. X.* id etiam a Joanne Boccaccio confirmatur in *Sermou. IX. 6. diei. Maledict. Villas.*

(2) *Biefeld Institutions Politiques livre II chapitr. II.*

(3) *Marat. Annal. d' Ital. an. 1227.*

(4) *Lanzi Antichit. Fiorent. lezion. 15. pag. 493.*

(5) *Pontifcis Bulla in forma brevis, in qua memoratis viris id agendum committitur, existit in S. Mariae Novellae Coenobii Archivo.*

ordinariae Inquisitionis originis apud Florentinos prima memoria; hic vero postea facer, atque horrendus Magistratus suas leges a Concilio quodam Toletano, teste Patullo Sarpio, (1) recepit, qui etiam nos admonet in Etruria pariter illo, quem postea habuit, ordine, eo potissimum tempore Magistratum ipsum constitutum fuisse.

§. LXXXV. Haec omnia, quae a Pontifice Florentiae gerebantur, nil profuere, ut Ghibellinorum partes, quae Friderici II. auxilio minime carebant, suam quam habebant vim ac potentiam amitterent, immo anno MCCXXXIII. ob Montis Politiani victoriam, quam anteacto anno Senensis arma retulerant, Florentini ipsi Senensium territorium post Montis Politiani recuperationem vastarunt; quadere Gregorius IX. illius Civitatis, quae omnino Ecclesiae partes sequebatur, infortunio commotus, Ioannem Vicentinum Dominicanum, Pontificiae auctoritatis illius temporis praeconem, in Etruriam misit, ut acerimas Senenses inter & Florentinos lites componeret. Nil ea in legatione Joannes absolvit, quadere Gregorius Florentinos Pontificia auctoritate ac Beatorum Apostolorum Petri & Pauli nomine Interdicto subiecit, & omnes illius

Ci-

(1) Sarpi, *discorso sopra l' Inquisizione dello Stato Veneto. Vid. Tom. XI. Concilior. Colonna. 427.*

Civitatis Rectores a Christianorum communione alienavit. (1)

§. LXXXVI. Fridericus postea quamvis a piorum communione distractus eam expeditionem, quam ipse distulerat, cum primum commode potuit, in Syriam suscepit. (2) Quae res autem Gregorium pacare posse videbatur, ad ardentiores eum inflammavit indignationem; adeo ut ipse non solum Pontifex Fridericum denuo excommunicaverit, verum etiam Patriarchae Hierosolymitano mandaverit, ut ipsum excommunicatum scirent Christiani, qui in Oriente morabantur, ne illi obedientiam praestarent. (3) Ardebat Pontifex ira, quod sine Ecclesiasticae gratiae recuperatione, ac sine diligentia rei militaris apparatu in Syriam Fridericus profectus esset. Magnam enim copiarum partem ipse reliquerat in Sicilia, quam Pontifex eo tempore una cum Apulia Ioannis Brennae Hierosolymae Regis opera armis invaserat. (4)

§. LXXXVII. Initia vero cum Soldano a Friderico pace de Ultramarinis partibus ipse

(1) *Malasp. & Villan.* de ea re mentionem faciunt anno 1231. *Cbronic.* vero *Senen.* Tom. 15. ver. *Italic.* *Riccard.* & *S. Germano,* & *Raywald.* *Annal.* *Ecclesiast.* potius credendum arbitror, qui omnes factum narrant anno 1233.

(2) *Ricord.* *Malasp.* cap. 126.

(3) *Riccard.* de *S. Germano in Cbranic.* *Abbt. Uspurg.*

(4) *Malaspin.* cap. 127.

ipse prospere rediit, ac Pontificis exercitum, qui iam illius Regnum occupaverat, feliciter propulsans, de eo triumphavit, ac brevi dierum spatio ad suum dominium amissum fere Regnum revocavit. (1)

§. LXXXVIII. Cum Pontifice etiam deinde pacem confecit; cum vero Fridericus Mediolanenses ac ceteros Italiae populos rebellis, ac multarum in Imperatorem iniuriarum Auctores crederet, eos bello sibi subiicere constituit; Gregorius per literas primum hortatus est Fridericum, deindeque ipsi mandavit, ne armatus Italiam ingredieretur, & ut permisso ei litis arbitrio de Italia decerneret. Huic Imperator rescrispsit Italiam universam suam omni tempore hereditatem extitisse, ideoque eam infidelem ac rebellem vindicare se armis posse contendebat. (2)

§. LXXXIX. Interea Fridericus, posthabitum Gregorii minis, Etruriae universae ac praecipue Florentinorum auxilio, (3) Longobardorum vires contrivit, In omnium gratulatione Fridericus audiit a piorum communione se iterum depulsum, (4) idque adeo

L Fri-

(1) *Vid. quamdam Friderici literam relatam a Richardo S. Germani in Chronic.*

(2) *Sigon. de Regno Italico lib. 18. ann. 1236.*

(3) *Malaspini. Historiar. cap. 129.*

(4) *Vid. Bullam excommunicationis, quae incipit*

Fridericum in rabiem & bellum acrius gerendum accedit, ut indicto postea a Gregorio generali Concilio, atque in Italiam eam ob caussam multis Galliae Episcopis advenientibus a Genuensium navibus asportatis, iusserit Fridericus Pisanos iis ingressum in Etruriam impedire, idque cum a Pisanis praestitum fuisset, Pisani ipsi a Pontifice interdicto subiecti sunt. (1)

§. XC. Animi tandem dolore gravatus Gregorius IX. diem clausit postremum, cui Celestinus III. successit, ac post decem & octo sui Pontificatus dies Sinibaldus Fiescus, qui Innocentii IV. nomen assumpsit. Hic Cardinalis cum Friderico amicitiam coluerat, quapropter quasi de rebus Sacerdotium inter & Imperium brevi conventuris Civitates & sibi & Friderico gratulabantur. Fridericus vero iis respondebat se iustiorem dolendi quam laetandi caussam habere; siquidem se amissio Cardinali amico, infensum Pontificem nancisci. Neque enim animi sententia fefellit. Ita enim tunc vivebatur Pontifices inter & Imperatores, ut quasi hereditariae cum digni-

pit „ Excommunicamus & Anathematizzamus ex „ parte Dei Omnipotentis „ relatam a Sigon. de Regn. Ital. lib. 18.

(1) Malaspina. loc. cit.

gnitare contentiones a morientibus ad successores transmitterentur. (1)

§. XCII. Et re quidem vera Fridericum inter & Innocentium IV. dissidia adeo processere, ut anno demum MCCXLV. Lugdunensi in Gallia ab Innocentio IV. convocato Concilio generali, cui idem Pontifex, & Balduinus Orientis Imperator cum Patriarchis Antiocheno & Constantinopolitano praefuere, in eo excommunicatus & depositus Fridericus fuerit. (2)

§. XCII. Statim ac igitur Friderico sua depositio innotuit, spem omnem in Ghibellinorum fidem collocavit, ideoque filium suum Corradum Florentiam cum sex milibus equitum misit, a quo Guelphi haud valentes Ghibellini resistere ex Urbe eieci sunt, ac Ghibellini Civitatem Florentiam gubernarunt. Quoad sane expulsionis tempus inter se certant Historici. Anno enim MCCXLVII. id evenisse afferit Ptolomeus Lucensis; anno MCCXLIX. Ammirus; Sozomenus Pistoriensis, & Ricordanus Malaspina MCCXLVIII. Anno demum MCCXLIII. alii; quod sane probabilius videtur, quem idem fuerit apprime annus, quo Fridericus Regno expoliatus est.

§. XCIII. Mortuo Friderico II. cordatio
L 2

(1) Ricordan. Malaspin. cap. 132. Cyriac. Len-
tul. de Stat. Reipubl. Rom. pug. 1224.

(2) Febron. Princip. iur. Ecclesiast. cap. 6. §. 25.

tiores Florentinae Reipublicae Viri, ut partium pacarentur studia, curarunt, quadere Florentiae Potestate Uberto Lucense, & ipso suadente Guelphi Florentiam reducti sunt, ac Reipublicae regimen in meliorem, quam refert Machiavellus, formam restitutum fuit. (1)

§. XCIV. Decem annorum spatio Imperium hoc in Urbe processit, quo tempore Florentini, Pistorienses Arretinos & Senenses ad foedus secum ineundum coegerunt, ac sua sub ditione Volaterranum Populum subiecerunt; idque omne actum potissimum a Guelphis est, quiā Populus Ghibellinos ob illorum forte superbiam odio prosequebatur, validioremque in armis tunc temporis Pontificis, quam Imperatoris vim esse non solum Florentiae Cives arbitrabantur, sed etiā eo pacto se tuituros libertatem sperabant, secusque eam se amissuros timebant.

§. XCV. Quum igitur Ghibellini propriam evanescere auctoritatem intuerentur, primam expectabant occasionem cuius favore Reipublicae Regimen reciperent; optimumque ideo duxerunt auxilium a Federici Filio Manfredo, qui Neapolitano Regno potitus erat, exposcere, quorum consilium cum ad Guelphorum aures per-

ve-

(1) *Machiavell. Historiar. lib. 2., & Quintam dissertationem nostram §. V.*

venisset, ut Guelphi ipsi Civitatem a vicino periculo liberarent, Ghibellinos ex Urbe eiecerunt, qui postea ad Senenses confugere coacti sunt. (1)

§. XCVI. Manfredus, ut Ghibellinis auxiliaretur, centum primum & octoginta postea expertes milites ad Ghibellinos, Duce Iordanu Comite, misit (2) qui Guelphis in Montisaperti campis profligatis, Florentiam pervenere, ex qua Urbe Guelphis omnibus depulsis, Tusciae nostrae status omnino mutatus est, ac praeter Lucensem Urbem, & Florentinos exules, qui Lucam confugerant, Tusciae reliquae Civitates sub Manfredi ditione redactae sunt. (3)

§. XCVII. Foedus cum Manfredo ineunt Ghibellini, & ab Alexandro IV. ut Manfredi partes eiurarent frustra commonenentur, ideoque ab ipso ad Interdicti poenam damnantur. (4)

§. XCVIII. Hic loci memoretur oportet conventus, quem in Emporii Oppido Comes Guido Novellius Clusentini Princeps, qui Iordanu in Etruria regimine successerat, convocavit, in quo a Ghibellinis praepositum fuit solo coaequare Florentiam, ubi Populus Guelphus omnino reperiebatur.

L 3

(1) *Bzovius Annal. Ecclesiast. ad annum 1257.*

(2) *Szozom. Pisoriens. ad ann. 1255.*

(3) *Ptolomaeus Lucens. ad ann. 1261.*

(4) *Vid. Bzovium Annal. Ecclesiast. loc. cit.*

tur. Hoc enim pacto Ghibellinorum potentiam servare, & vires quas fortasse Ecclesia recipere poterat, destruere omnino se posse censebat; (1) & res quidem ad effectum fortasse ducta esset, nisi Farinata de Ubertis, qui apud Ghibellinos summa auctoritate pollebat, valida oratione comminatum excidium improbasset. (2)

§. XCIX. Florentinae tandem Urbis gens qui Guelpham sequebatur partem, immanem Ghibellinorum tyrannidem pertaesum tumultum in eos concitavit; quadere Guidone Novello una cum Manfredi praesidio & Ghibellinis electis anno MCCLVI. Guelphos, qui a Lucensi etiam Urbe expulsi ad Clementem IV. pro auxilio obtinendo adiverterant, idem Florentinus Populus in Patriam revocavit, neque ita multo post Populus ipse recentes Ghibellinorum iniurias oblitus Ghibellinos etiam in Patriam restituit. (3)

§. C. Pacatis tali pacto Florentinorum animis proprium ad arbitrium Rempublicam iam ipsi regere posse videbantur. Quum vero Imperator ius habere in ea Civitate, idemque Pontifex assererent, hinc factum est ut Imperator suum Florentiae praesidium, retineret, variosque diversis temporibus Legatos

(1) *Macchiavell. historiar. lib. 3.*

(2) *Macchiavell. l. c. Cerretan. Histor. Florentin. MSC. Tom 1. fogl. 95.*

(3) *Macchiavell. Histor. Florent. lib. 2.*

gatos post solemnem excommunicationum absolutionem, quae variis temporibus in Florentinos irrogatae fuerant, huc Pontifex miserat. Et revera Clemens IV. longi interregni aevi duos ex Religiosa quadam Familia viros, uti Reipublicae Rectores, ad Florentinos misit, quibus praecepit, ut si fieri posset Imperii praesidium, quod Florentiae morabatur, ipsi expellerent. (1) Nil vero de iis, quae Pontifex iusserat, absolvere valuerunt; Nam iis obedientiam Florentini minime praeestarunt, immo parum absfuit, quin Pontificii Rectores fame in poenam suorum moliminum consumerentur. (2)

§. CI. Duobus Religiosis viris Romam revocatis Eliam alium Religiosum hominem Florentiam immisit Clemens IV., ac Florentinis ipsis mandavit, ut eum Civitatis Gubernatorem exciperent. (3) Eliae successor Iacobus a Collomedio, cui, cum maxima Florentinorum pars pro nihilum eum haberet, nunquam obtemperatum est, (4)

L 4

ne-

(1) *Vid. Breve Pontificium apud auctorem Operis cuius est titulus „Notizie della libertà di Firenze“ Tom. I. pag. 464.*

(2) *Vid. d. auctvr. ad pag. 463.*

(3) *Vid. Epistol. Clement. IV. 248. column. 317. apud Martene.*

(4) *Vid. Epistol. 337. column. 373: apud Martene. Vid. Auct. libert. Florent. Tom. I. pag. 470.*

neque stipendium ratione officii Colloquio debitum solutum fuit. (1)

§. CII. Clemens IV. id a Florentinis in Pontificiae potestatis contemptum actum fuisse putavit, & idcirco vehementer iratus acerrimas ad eos scripsit literas, quas Florentini pro nihilo pariter habuere, ac nulla Pontifici responsione data alium Potestatem crearunt, ex quo factum est, ut Pontifex Florentinos a Sacrorum communione iterum alienaverit. (2)

§. CIII. Id omne Ghibellinorum consilio Florentiae gerebatur, ideoque Guelphi, qui omnem auctoritatem amiserant, ut Florentiam Pontifex Carolum Andagavensem Duxem mitteret expostularunt. (3) Carolus igitur Siciliarum Regnis, post Manfredi funus, libere ope Pontificis occupatis, universae Etruriae pacificator ab ipso Clemente IV. creatus fuit, Etruriamque ingressus Guelphis Reipublicae Imperium restituit. Nam Ghibellini Caroli ipsius potentiam ex Urbe fugientes evitaverant.

§. CIV. Carolo igitur Etruriam regente Capitaneorum Partis Guelphae Universitas

(1) *Vid. d. Auct. loc. cit.*

(2) *Vid. Epistol. Clement. IV. 673. column. 683. apud Marten., & d. Auct. de libert. Florent. par. I. cap. 8. §. 39. pag. 467.*

(3) *Machiavell. historiar. Florentin. lib. 2. & Raynald. ann. 1267.*

tas anno MCLXVII constituta fuit, uti ex Ioanne Villanio & Simonis de Tosa Chronicis ab erudito Mannio collectis eruitur; Quoniam vero anno MCCLXV. proprium a Clemente IV. Vexillum Guelphi receperant, quod uti refert praelaudatus Simon de Tosa, erat Aquila rubra gestans Draconem in unguibus; hoc idem signum, cui Florentini adiunxere lilyum in Aquilae rostro, Guelphae Partis Capitanei sumpserunt. (1)

§. CV. Interea vita functo Clemente IV. Gregorius X. in Pontificatu successit, qui Pastoralis officii ardore captus sibi onus componendarum partium assumpsit, ac tantum in ea re potuit, ut Florentini Ghibellinorum Syndicos in Urbem recipere decreverint, ut cum iis de Ghibellinorum reditu loquerentur; quo vero tempore de pace per-

(1) *Vid. Verin. de Illustrat. Urbis Florentiae*
pag 13 qui cecivit.

Purpureaeque Aquilae victoria signa Sacerdos

Donavit Clemens Guelphis viridemque Dra-

conem

Quem rostro, & pedibus victrix evicerat

ales.

¶ MSC. „ Risposta all’Istruzione di S. E. il Sig.
„ Presidente Neri per l’Università dell’Illustrissi-
„ mi Signori Capitani di Parte Guelfa ed Uffl-
„ ziali de’ Fiumi della Città di Firenze „ exis-
„ stens in privata Biblioteca Cl. Senatoris Io. Ba-
„ ptistae Clementis Nelli. ”

perficienda agebatur, adeo a Guelphis Ghibellini perterriti sunt ut ipsi in Urbem amplius redire noluerint. Hac de re Civitatem omnem Pontifex incusavit, iraque inflammatus Anathema in eam dixit, quo ab Innocentio V. soluta postea fuit: (1)

§. CVI. Pontificatus ad Nicolaum III. ex Ursina domo pervenerat, eo potissimum tempore; quo Pontifices Carolum Andagavensem maxime timebant; quia in Italia aliis validior censebantur; etiamsi Pontificis ipsius favore ad id Carolus pervenisset, quadrere ut teprimeretur tam immanis potentia, modum inquirebant. Hac tantum de causa paucis ab hinc retro annis Manfredo Pontificis ope Regnum sublatum fuerat, & hac tantum de causa Nicolaus III. Imperatoris Rodulphi auxilio Etruriae regimine Carolum expoliavit, eamque in Provinciam legatum Imperatoris etiam nomine, Cardinalem Latinum immisit: (2)

§. CVII. Latinus discordias aliquantum composit, & exules in Patriam revocavit, annorumque duorum spatio, quod Latinus in Republica restituit regimen, servatum est. Tunc vero temporis, quo Martinus IV., natione Gallus, Pontifex factus fuit, adeo Carolo Regi coniunctus fuit, ut omnia sibi deberi viderentur. Ex hac igitur Martini IV.

Pon-

(1) Machiavelli *Historia Florentina lib. 2.*

(2) Machiavelli *loc. cit.*

Pontificis & Caroli Regis familiaritate Etruriae Civitates, quae ambiguac dudum fuerant, ad Regem rursus inclinare, eiusque nutum in cunctis respicere ceperunt, quare Imperatoris Rodulphi Legato, quem in Italiam Rodulphus ipse miserat, Florentini & Lucenses parere amplius noluerunt. (1)

§. CVIII. Externa; quae Florentina Respublica bella gerere coacta est, internam Reipublicae pacem, pacatis Guelphis ac Ghibellinis aliquantis per partibus, restituere. Civiles vero contentiones denuo in Urbe exortae sunt cum Cancellariorum & Panciaticorum dissensiones, quae Pistorii originem habuerant, antiqua inter Cerchios & Donatos odia renovarunt. Suam Bonifacius VIII. auctoritatem, ut tam gravia componerentur dissidia, interposuit, & eam ob caussam Carolum Valesium Philippi Pulchri Germanum, quem ipse Pontifex in Italiā vocaverat, in Etruriam misit, qui postiusquam tumultus pacaret, eos magis magisque auxit, partiumque animos exasperavit; quamvis enim eius consilia optima visa omnibus fuerint externe; ait tamen Ioannes Villanius, (2) ipsum clam Cefchiorum Parti plurimum adhaesisse, qua de causa damna permulta in Rempublicam emanarunt.

(1) Sozomen. Pistoriens. Cronic. ad ann. 1281.

(2) Villan. lib. 8. cap. 48.

runt. Ferrettus tandem Vicentinus (1) suam proferens opinionem inquit, Pontificem Etruriae Imperium Caroli Valensis opera sibi vindicare exoptasse.

§. CIX. Ut tot tantaque infortunia haud amplius Rempublicam perturbarent, Matthaeus etiam Cardinalis Arquatenis Florentiam venit, qui sane ut Cives permulti inter se pacem agerent, arbiter fuit; quum vero, ut illis de Donatis & Cerchiis communes forent Reipublicae dignitates, proposuerit, eaedem in Republica exarsere contentiones, quadere Cardinalis in Florentinos ita percitus Florentia discessit, & Cives omnes interdicto obligavit. (2)

§. CX. Ecclesiasticae rei Historici praecipueque Petrus Crinitus (3) referunt Bonifacium VIII. maxima aruisse temporalis augendi dominii cupiditate, idque ex iis non solum quae Bonifacius in Francorum Regem Philippum Pulchrum gescit, sed etiam ex celebri constitutione „*Unam Sanctam*”, quae in legum Canonicarum Codice legititur, eruere posse existimant. Ipse etiam tota animi alacritate Ghibellinos odit, & Bonifacii potissimum tempore in Guelphae Partis Magistratu Florentiae initium habuit

ce-

(1) *Ferret. Vicent. Histor. lib. 2. apud Murat. Rer. Italic. Scriptor.*

(2) *Machiavell. Histor. Florent. lib. 2.*

(3) *De honesta disciplina lib. 7. cap. 13.*

celebris ille liber vulgo „*Clavi*„ dictus, in quo Ghibellini omnes admoniti describabantur, ut ex eodem libro in Guelphae Partis Capitaniorum Archivo existente deducitur. (1) Ghibellini vero parem Bonifacio VIII. rependerunt mercedem, Danthesque noster adhuc viventem inter Simoniacos in Inferno collocavit. (2)

§. CXI. Partium interea studia magis magisque Florentiae exardebant, eo tempore quo Benedictus XI., qui neque Guelphum neque Ghibellinum se demonstrabat, ad Pontificatum electus est. Ipse igitur cùpiens pacem Florentiam reducere, Nicolau[m] Cardinal[em] Pratensem uti pacis arbitrum in eam misit. (3) Erat Ghibellinus origine Nicolaus Cardinalis Pratensis illiusque ideo praecipua cura fuit exules Ghibellinos in Patriam reponere. Optimum sane habuit initium Nicolai expeditio, pessimum vero pro-

(1) *Vid. MSC.*, Risposta all' Istruzione di S. E. „ il Sig. Presidente Neri per l' Università di Parma, te Guelfa, ed Uffiziali de Fiumi della Città di Firenze „ existens in privata Biblioteca Cl. Senatoris Ioannis Baptiste Clementis Nelli.

(2) *Infern. Cant. XIX. & XXVII. Vid. Comment. Landini, Vellutellii, Benevenuti de Imola, & Pompeum Venturium ; Vid. etiam Auctio[n] libert. Florent. Tom. 1. pag. 374., e 575..*

(3) *Ioan. Villon. lib. 8. cap. 69. Din. Compagni. lib. 3. Tom. 2. Rer. Italie. Scriptor. Cerret. Histor. ad ann. 1303. fol. 143.*

progressum. Guelphae enim partis potentes, variis Florentinorum more ingenii sagacitibus, Nicolai consilia adeo eluserunt ut a populo in odio postea habitus ad Pratense Oppidum confugere coactus fuerit. Illic etiam tumultus excitati sunt, quadere eo etiam ex loco cito discessit, eumque interdictum reliquit. Florentiam redit, reque infecta dataque in Florentinos excommunicatione ex Urbe denuo profectus est. (1)

§. CXII. Civiles prosequerantur dissensiones eo adhuc aevi quo Clemens V. ob Cardinalis Pratensis & Philippi Pulchri artes in Avenionensi Urbe Petri Cathedram constituit. Et sane cum Pistorii in Urbe Ghibellinorum permulti morarentur, Florentini eorum potentiam incrementum aliquod ob Pisanorum Arretinorum & Bononiensium opem recipere posse, suspicabantur; (2) quadere Nuncios ad Carolum II. Neapolis Regem miserunt, ut Calabriac Principem Robertum eius filium in Etruriam festinanter mitteret, Ghibellinos, qui Pistorii erant, expellendi caussa, & ita a Carolo factum est. (3) Hac vero re cognita a Cardinali Napoleone Orsino, & Car-

di-

(1) Machiavell. *Histor.* lib. 2. Ammirat. *Histor.* lib. 4. ad ann. 1301.

(2) Vid. Iouann. Villan. lib. 8. cap. 82. *Histor. Pistoriens.* Tom. XI. rer. Italic. Scriptor.

(3) Cerretan. loc. cit. & *Histor. Pistor.*

dinali Pratenſi, ipſi Pontifici ſuafere, ut Florentinis imperaret ne ab illa pace, qua fruebantur, a Florentinis ipſis Pistoriensēs deturbarentur. Pro nihilo tamen habuere Florentini mandatum, & iterum Civitatis Rectores & belli Duces excommunicati mansere. (1)

§. CXIII. Obsidione circumdato a Florentinis Pistorio, poſt varias armorum vices, quadam adhibita calliditate, a Dino Compagno, & Ioanne Villanio (2) deſcripta, deditioñem Florentini ipſi Pistorienſibus ſuafere; quædere cum in Italiam veniſſet Cardinalis Napoleonis Orſinus Pistoriique deditioñem audieſſet, id ſummpere ipſi diſplicuit; Bononiam iter pacis ferendae cauſa perfecit, & forſan ſua pertraxiſſet conſilia ad effectum, niſi Florentiſi affueſtis verſutiis Populum Bononiensem in Napoleonem concitaffent. (3) Re igitur infeſta Bononiam Pontificius Legatus reliquit, percitusque ira Civitati ipſi & Reipublicae Rectoribus excommunicationem indixit, eam publica Universitate expoliavit, Iuvenesque qui

(1) Cerret. Viceut. biſtor. lib. 3. Tom. IX. rer. Italic. Scriptor. Ammirat. biſtor. lib. 4. ad ann. 1306.

(2) Din. Compagn. lib. 3. Tit. XI. rer. Italic. Scriptor. Ioann. Villan. lib. 8. cap. 81.

(3) Vid. Din. Compagn. loc. cit. Chronic. Bone- niens. Tom. 18. rer. Italic. Scriptor.

qui studiorum caussa ad eam pervenissent,
ab Ecclesiae communione exclusos decla-
ravit. (1)

§. CXIV. Napoleonis Orsinus literas
ad Florentinos etiam scripsicerat, in quibus
se brevi in eorum Urbem venturum esse
dicebat, ut illam & illius Rectores ab In-
terdictis & Censuris liberaret; Ad eum ve-
ro rescripserunt Florentini ne eo se gravaret
incommmodo; Namque eo tempore illis be-
neditionibus eos minime indigere afferebant;
qua responsione a legato audita solemni sui
muneris actu Interdictum in Florentinos &
alias, quibus iam gravabantur Ecclesiasti-
cas poenas confirmavit. (2)

§. CXV. His tamen haud obstantibus
Napoleonis Cardinalis sibi suadere non
poterat, quo pacto ipsi obedientiam prae-
stare, & Interdicta unquam curare nolue-
rint Florentini, quadere anno MCCCXII. per
multis collectis copiis Arretium pervenit,
posteaque in Florentinum Territorium aciem
eduxit, laetamque fortasse vietoriam Car-
dinalis retulisset, sed a celeritate haec pen-
debat omnino. Quum enim inutilibus in
dirigidis legationibus ad Florentinos pro
obedientia ab illis obtinenda tempus omne
con-

(1) *Vid. Annal. Caesari. Tom. 14. rer. Italic.
Scriptor.*

(2) *Ammirat. bistor. lib. 4. ad ann. 1327.*

177

consumeret; hoc eodem anno suam legationem imprudenter absolvit, & Florentinorum opera a Romano Pontifice Italica Legatione fuit expoliatus. (1)

§. CXVI. Res ita apud Florentinos adhuc ab Ecclesiae communione alienatos se habebat; pace vero Urbi restituta ob Corsii Donati mortem, (2) in Pontificis quoque amicitiam rediere, eaque in expeditione, quam Clemens V. in Venetos vindicandae Ferrariae caussa fieri mandaverat, Florentini etiam Clementi auxilium praebuerre, qua de ratione Clemens a censuris, Admirato teste, Florentinos ipsos dissolvit. (3)

§. CXVII. Quamquam vero Florentini in Pontificis gratiam rediissent, suam tamen libertatem & leges tueri summopere exoptarunt, adeo ut ipsius Pontificis nunquam aut Imperatoris voluntati his temporibus paruerint. Et revera post varias Sacerdotii & Imperii discordias, post tantas in Imperatores, Reges & Respublicas latas excommunicaciones, longum tandem post Interregnum, quod Friderico II. successit, Romani Pontifices in Regum & Imperatorum electionibus adeo se ingerebant, ut venientium temporum conditiones effecerint, quod huius-

M modi

(1) *Vid. Ioann. Villan. lib. 8. cap. 89. Din. Compagn. in Chronic. Tom. IX. Rer. Italicar.*

(2) *Ioann. Villan. lib. 8. cap. 96.*

(3) *Ammirat. lib. 4. anno 1309.*

modi Pontificiae adprobationes necessariae omnino viderentur. (1) Hinc Henricus VII. e Luxemburgo a Germanis Imperator electus Legatum ad Clementem V. direxit, ut ab eo electionis suae confirmationem exposceret. (2) Electioni Clemens assensum praebuit, eaque de caussa tres misit ad Italicas Civitates Legatos, qui illis suaderent, ut ipsi Henrico VII. obedirent seque submitterent. (3) Florentini vero, eti Clemens iis etiam id praecepsisset, Henricum VII. suum uti Principem haud unquam agnoverunt; Et sane cum Florentini anno MCCCIX. Arretium potenti cum exercitu obsedissent, pro nihilo habuere Henrici ipsius mandatum, quo imperabat Florentinis, ne Arretii Urbem amplius vexarent; Florentiam tandem pervenit una cum aliis Henrici VII. Nunciis Aloysius Sabaudiae Dux, & Florentinis Imperatoris in Italiam adventum indicavit; ast nil aliud a Florentinis ipsis quam contumelias Nuncios retulisse ex Historicis liquet. (4)

§ CXVIII. Eo demum anno, quo Henricus VII. in Florentinos, ut sibi Impe-

(1) *Vid. Auct. „ Notizie della libertà di Firenze part. 2. pag. 8.*

(2) *Vid. d. Auct. loc. cit.*

(3) *Vid. hoc Breve Clementis V. apud Leibnitz. Cod. Iur. Diplomat. num. 49. fol. 260.*

(4) *Ammirat. bistur. Florent. lib. 5. fol. 245.*

peratori obedirent, arma convertit, Rober-
ti Neapolitani Regis & foederatarum Ci-
vitatum auxilio adeo audacter illius poten-
tiae obstiterunt, ut Henricus tempus in
Florentiae obsidione inutiliter se consume-
re putans omnemque abiiciens spem ad sua
iura ducendi Florentinos, ex ea Urbe di-
scenderit. (1)

§. CXIX. Ob hanc fortasse Pontificii
Imperi detrectationem Clemens V, in Flo-
rentinos excommunicationis sententiam pro-
culisset, nisi ipse Clemens ob quasdam po-
liticas cogitationes nientem consiliumque
mutasset, & infensus Henrici hostis eva-
sisset. Huiuscce vero mutationis caussam
Bodrunti Episcopus (2) tribuendam esse
censet instabili non solum Clementis ani-
mo, sed etiam vi, qua Avenionis in Au-
la Philippus Pulcher & Neapolis Rex Ro-
bertus omnia ad libitum revolvebant. (3)
Et reyera iubente Philippo Pulchro, Rege-
que Roberto, Clemens nullo iure suffultam
declaravit sententiam, in qua ab Henrico
VII. Robertus Neapolitani Regni occupa-
tor iniustus dictus fuerat, uti palam fit ex
celebri Clementina illa „ *Pastoralis* „ de
sententia, & re iudicata „ quae inter Cle-

M 2 men-

(1) *Villan. lib. 9. cap 44*

(2) *V. Relation. Episcop. Bodrunt. colonn. 1229.*
apud Autorem cuius est Titulus „ *Notizie della*
„ *Libertà di Firenze Part. 2.*

(3) *Iosan. Cermonat Histor. Medic. cap. 63. e 64.*

mentis ipsius Constitutiones inclusa legitur.
His vero de caussis Danthes (1) Ioannes
Villanius (2) & D. Antoninus Archiepisco-
pus Florentinus, (3) Clementis V. nomen
acriter reprehensum posteritati tradiderunt.

§. CXX. Si unquam Florentini hoc
XIV. Seculo Pontificis mandatis paruere,
id sane actum fuisse credimus anno MCCC-
XXVII., quo Ioannes XXII. literas ad Flo-
rentinae Civitatis Rectores misit, in quibus
etsi non aperte Florentinis suaderet, ut in
Ludovicum Bavaram arma moverent, ut
tamen ipsi tanquam illius hostes declar-
arentur, praecipiebat. In his enim impium
Imperatorem Ludovicum Romanorumque
Regis titulo usurpatorem appellabat, ideo-
que una cum Bavariae Ducis nomine Im-
peratoris & Romanorum Regis titulis, Ec-
clesiaeque Imperiique Feudis se eum expo-
liaisse asserebat. Huiusce autem voluntatis
executionem Orsino Cardinali Etruriaeque
Legato commendabat, cui iubebat etiam,
ut ab eo publici iuris redderentur acta,
sententiaque quam Ioannes ipse in Medio-
lanenses, Ferrarenses, Comenses, Lucen-
ses & Arretinos tulerat, in qua ut haere-
ticos, & Schismaticos hos Bavari sectatores
populos damnaverat. (4)

§. CXXI.

(1) *Infern. Cant. XIX.*

(2) *Histor. Florent. lib. 9. cap. 58.*

(3) *S. Antonin. lib. 21. cap. 3. §. 3.*

(4) *Ammirat. ad ann. 1327.*

§. CXXI. Ex hac vero a Florentinis Pontifici praefita obedientia eruere possimus tunc temporis, Pontificis ipsius ope, Roberti Neapolis Regis amicitiam summo-pere Florentinos exoptasse, qua Roberti familiaritate Ludovici ipsius Bavari Florentinae Reipublicae timendi hostis potentiam reiicere, & Castruccii Castracani Civitatis Lucensis Tyranni immensam proprii augendi dominii cupiditatem continere posse ipso sperabant; quod sane actum a Florentinis est, Florentinorum Regiminis moderatore Carolo Calabriae Duce & Roberti filio, cui Florentini ipsi, his aerumnosis Reipublicae temporibus omnia tam externa quam interna gerendi arbitrium tradiderant. (1)

§. CXXII. Illud hic loci nostra admiratione dignum censeo, in Germaniam Ludovico Bavarō reverso, Pontificem, Lombardiae Legato Cardinali Bertrando suadente, una cum Ioanne Bohemiae Rege Henrico VII. Filio, & Roberti Neapolis Regis & Civitatum Italiae reliquae hoste tacitum quoddam foedus iniisse. Bohemiae Rex Ioannes Pacifatoris nomen praeferens, Italicas deinde libertatis manifestus Usurpator evasit. Cum vero Ioannis Regis Legatique Bertrandi ope Romandiola Civitates ad sua iura

M 3

re-

(1) *Machiavelli Histor. Florent.* lib. 2. *Cerretanus Histor. Florent.* lib. 1. fol. 218. & 220.

revocare Pontifex speraret, nil Pontifici intererat, ut reliquis Italiae Civitatibus servitutis iugum imponeretur. (1)

§. CXXIII. Nil hac de re Florentini metuebant, spemque omnem in Pontificis & Roberti Neapolis Regis fide ponebant. Anno vero MCCCXXXI. Divae Mariae ab Impruneta ob sui Rectoris mortem vacante Ecclesia, Buondelmontios, ad quos illius Ecclesiae Iuspatronatus spectabat, Legatus Cardinalis Ioannes a S. Theodora, ut iidem beneficium illud concederent, a Florentinis Buondelmontios ipsos cogendos esse, praesumebat; huic rei Florentini omnes obsterunt, quadere indignatus Cardinalis, ob tam levem causam Civitatem Interdicto subiecit; (2) ab hac vero censura soluta sequenti anno Florentia fuit, quo tempore Florentini, ut Pontifici placerent, Pontifici ipsi auxilium praestitere in bello, quod contra Bononienses agebat, eumque Bononia turpiter expulsum Florentiae exceperunt. (3)

§. CXXIV. Ex his igitur omnibus aperite colligimus quo unquam pacto libertatem Florentini servaverint atque religiose

(1) Vid. Murat. *Annal. d' Ital.* ad ann. 1330.
e 1331.

(2) Vid. Bullam absolutionis. Ioann. XXII. relatam a Ricba Tom. 6. Eccles. Florent. pag. 92.

(3) Villan. lib. 11. cap. 6.

se Reipublicae leges executi fuerint, & adhuc illustria sunt anni MCCCXL. altera gesta ab Ammirato ceterisque Florentinae rei historicis relata, ex quibus Florentinorum constantia propriis in legibus defendendis magis magisque demonstratur.

§. CXXV. In secundo Codicis Florentini libro statuitur (1), „ut durante officio aliquorum Officialium non currat tempus aliquod, nec conveniri nec agere possint. „ His tamen minime obstantibus Silvester Baroncellius decoctae Acciaiuolorum Societatis consors, & unde ex illius anni MCCCXLV. Civitatis Rectoribus, quum extra supremam Aulam progrederetur, Petri de Aquila illius temporis haereticae pravitatis Inquisitoris iussu ad Petri Sabiniensis Cardinalis petitionem, qui Societati illi duodecim millium Florenorum Creditor erat, ad Inquisitionis Tribunal captivus turpiter ductus est. Re ad trutinam ab Optimatibus revocata sumnum Reipublicae decus id attulisse iudicatum fuit, quadere vi effractis Inquisitionis carceribus Baroncellium ab illis liberavere, satellitibusque manus, quas in ipsum Silvestrum iniecerant, amputari iussere, & in Petrum tandem ab Aquila Inquisitorem exilii poenam irrogarunt.

§. CXXVI. Inquisitor de Republica
M 4 ve-

(1) Ammirat. lib 2. ann. 1345.

vehementer conquestus est, Senasque confugiens in Iustitiae Vexilliferum ceterosque Florentinae Reipublicae Optimates excommunicationis sententiam promulgavit. Tunc Florentini, ut in posterum vera Inquisitionis Magistratus iura & obligationes innotescerent, nova perfecere statuta, seu potius ea quae Perusii reperiebantur, Florentiam exportarunt publicique iuris reddidere. His autem in Statutis praecipue legebatur, ut Inquisitionis Tribunal in religionis tantum crima, & non aliis in casibus in omnes inquireret, quibus etiam prae ceteris superad ditum, ut non carceribus propriis, sed publicis tantum uteretur. (1)

§. CXXVII. Ultimo tandem loco propriae defendendae libertatis & legum cura apud Florentinos demonstrabatur ex iis, quae anno MCCCLXXVI. contra Gregorium XI. Florentini ipsi constituere.

§. CXXVIII. Summa Annonae caritate antecedenti anno Florentia afflita fuerat, cui malo ut Florentini consulerent ad Novelletum S. Angeli Cardinalem & Bononiae Legatum literas scripsere, ut liberam e Bononiensi per Florentinum dominium frumenti educationem permitteret. (2)

§. CXXIX. Id etiam Florentinorum pre-

(1) *Vid. Raynald. continuat. ad Baron. ad ann. 1345. & praelaud. Ammirat. ad ann. 1345.*

(2) *Ammirat. lib. 16. pag. 699. ad ann. 1376.*

precibus commotus Gregorius XI. Legato praeceperat; Legatus vero nullam huiuscē rei Florentinis responcionem dedit; iisque solum rescripsit milites, qui bellum in Vicecomites gesserant pro S. Sede ob pecuniae defectum brevi Florentiam petituros esse, illorumque furorem procul dubio eum retinere minime posse asserebat. (1)

§. CXXX. Huiusmodi responsione accepta decreverunt Florentini, ut quaedam conderentur leges Florentiae, belli sustinendi caussa, quod a Clericis indictum fuerat.

§. CXXXI. Primo igitur laqueo suspensis Presbytero Petro de Canneto & alio quodam Monacho, quia ad Legatum ea omnia, quae Florentiae gesta fuerant, retulerant, constitutum fuit, ut belli necessaria parerentur, bellumque quod Clericorum causa gerebatur, Clericorum expensis perficeretur. (2)

§. CXXXII. Haec quae Florentiae agebantur, Gregorius XI. non sine animi indignatione audierat, eoquē magis exarsit ira statim ac ipsi innotuit Florentinos cum Ioanne de Aguto Pontificii exercitus Supremo Duce, & Bernabò Vicecomite defensivum foedus iniisse, & Octovirum Magistratum creasse, quorum praecipuum extitit

(1) *Ammirat. loc. cit.*

(2) *Ammirat. loc. cit.*

tit munus ea, quae hoc bellum respicerent, pertractare.

§. CXXXIII. Cum autem hae dissensiones inconsulto Gregorio XI. & Legati Bononiensis culpa originem habuissent, optimum duxerunt Florentini huiusc rei sententiam Gregorio ipsi committere, ut quo pacto se res haberint, agnosceret.

§. CXXXIV. Gregorius Sedis Apostolicae & Pontificiae ditionis tuendae causa ad trutinam revocatis legibus, quas Florentini adversus libertatem Ecclesiasticam constituerant, Raynaldo teste (1), legum severitatem ipse etiam in eos distinxit, iisdemque ab Ecclesiae communione segregatis, eorum animas ad Inferni poenas damnavit, Florentinorum bona abdicavit Fisco, statuitque tandem Florentinorum corpora capi, vendi, & interfici posse; & quidem hae omnes Pontificiae leges effectum sortitae sunt Pontificiis praesertim in Urbibus, ubi Florentini commercii caussa morabantur. (2)

§. CXXXV. Audita Sententia Barbadorius, unus ex Florentinorum Nunciis necio quo libertatis percitus oestro, coram Pontifice ipso, a Pontificalia sententia ad Christum in Iudicii die appellavit, quadere cum Nunciis aliis, Florentiam Barbadorio

re-

(1) Continuat. Baron. ad ann. 1376.

(2) Vid. Annal. Mediolanens. Tom. XVI. rer. Italic. Scriptor.

reverso & infastae expeditionis suae exi-
tu Reipublicae significante, has Respublica
contra Ecclesiasticam libertatem leges ite-
rum evulgavit.

I. *Ne amplius Florentini Interdictis pa-
rerent.*

II. *Ut omnes Ecclesiasticae Ierarchiae
ordines, non obstante Interdicto, sacra mini-
strarent.*

III. *Neminem Presbyterorum, nisi Vexil-
liferi Iustitiae assensu, a sua Ecclesia se alie-
nare posse.*

IV. *Ut Sacerdotibus Reipublicae legibus
obedientibus nullus Pontificiae indignationis
timenda locus relinqueretur, sancitum est,
ut ipsi in quodam describerentur libro, &
Reipublicae impensis ab Ecclesiasticis mole-
stiiis defenderentur.*

V. *Constitutum tandem fuit, ut pax cum
Pontifice & Romana Sede minime gereretur;
nisi nulla declararentur Acta irritaque Sen-
tentiae quae in Populum & Optimates Flo-
rentinos latae fuerant. (1)*

§. CXXXVI. Incredibile dictu est quan-
tum doleret Pontifex hanc Florentinorum
contra Ecclesiasticam libertatem, legisla-
tionem. Ut ergo Civitatem ad iura sua re-
vocaret, duos ex Augustiniana Familia Vi-
ros Florentiam Gregorius misit, qui sane
cum maxime de Octovirum Magistratu que-
re-

(1) *Vid. has leges relatas ab Ammirat. loc. cit.*

xerentur, qui summa auctoritate in Civitate pollebat, & cuius consilio leges contra Ecclesiasticam libertatem latae fuerant, re omnino infecta, immo in iram concitata magis Civitate, ab ea postea discessere. (1)

§. CXXXVII. Cognita igitur Florentinorum constantia Gregorius tulit ad folium etiam Imperiale contra Florentinos querelas capta opportunitate, qua de Winceslai in Imperii successione gerebatur negocium; (2) & adhuc penes Balutium (3) legi potest Grégorii ad Caesarem Epistola, in qua Gregorius Imperatorem ipsum nimia usum esse taciturnicare accusat in controversiis, quae eum inter & Florentinam Rempublicam exardebant; ipsique exponit delicta, a quibus Florentinos gravari censebat in sequentibus verbis „ Florentinos Statuta „ contra Inquisitionis Tribunal & Ecclesiasticam libertatem in eorum Civitate perfecta nullo pacto revocare voluisse, immo veluti haereticorum fautores manifestos perversa dogmata erroresque evidentes in Catholicae fidei impugnationem pa-

(1) Ammirat. ad ann. 1377.

(2) Vid. Aucto. lib. cuius est tit. „ Notizie riguardanti la vera libertà di Firenze „ Tom. 2. pag. 126.

(3) Vid. hanc Epistol. in Vit. PP. Abenionen. apud Balut. Tom. 2. Edit. Parisen. in 4. anno 1693. colunn. 802.

„ palam & publice in ipsa Urbe docuisse
 „ ipsosque tandem noluisse condecentem
 „ facere bonorum Ecclesiae restitutionem
 „ & praecipue immobilium, quae vendi-
 „ tioni exponendo suis usibus applicaverant
 „ & distraxerant. ”

§. CXXXVIII. Etsi tamen Imperator ipse, ut Pontifici placeret, varias ad Florentinos literas de obsequio Pontifici praestando scripsisset, nil sane ea in re Imperator profecit, Pontifexque Gregorius revocandi ad Ecclesiae communionem Florentinos fragrans cupiditate diem clausit supremum; Urbanus tandem VI., qui post Gregorii mortem Pontifex Romae electus fuerat, in pristinam concordiam Florentinos reduxit, Gregoriique Interdictis sublatis inter pacis conditiones statutum fuit, ut certum infra tempus quaedam pecuniae quantitas a Florentinis Pontifici solveretur. (1)

§. CXXXIX. In hac vero cum Romano Pontifice concordia legum quae contra Ecclesiasticam libertatem latiae fuerant, abrogationem non legimus, immo in nostro Statuto easdem fere ad verbum relatas invenimus; utque huiusc rei caussa Lectoribus pateat, animadvertisendum puto eam opinionem Florentiae praecipue originem habuisse, iuxta quam Pontifex praeter rerum spiritualium iurisdictionem, nullam cer-

(1) *Poggios Histor. Florent.* lib. 2.

certe temporalem inter gentes sibi non subditas exercere potuisse. Hanc rem *Dantbes Alighierius* in suo de Monarchia libro Respublicas & Principatus edocuit, ipseque postea *Guillelmum Occanum*, *Ioannem Parisensem*, *Arnoldum de Villanova*, *Marsilium Paduanum*, *Leopoldum Brandenburgensem*, *Ioannem Iandefium* aliosque innumeros seculo praecipue XIV. sectatores habuit.

§. CXL. Huc etiam accedit pro nihilo Florentinos habuisse excommunicationis sententiam eo potissimum tempore, quo de huiusmodi ferendae poenae potestate Pontifices abutebantur; quod maxime a Pontificibus actum est illo quinquaginta annorum decursu, quo terribile illud inter Pontifices, qui Romae & alios qui Avenionis in Urbe eligebantur, schisma intercessit; Eo enim aeyo incertum etiam extabat apud Populos, an huiusmodi poenas Avenionis vel Romae Pontifices iuste irrogarent.

§. CXLI. Pessimus tandem usus contra Principes ipsos Christianos sacra indicendi bella invaluerat, ex quo postea partium studia, schismata, opiniones, & phanaticus furor summo Ecclesiasticae libertatis dispensio derivarunt.

§. CXLII. Quid mirum igitur, si contra Ecclesiae libertatem Florentini etiam in suo Codice ut eae leges ponerentur, mandarunt. Nemo est qui neſciat supremos Ec-

cle-

clesiae Praesules ab iis usque temporibus, a quibus temporalis Ecclesiae potestas traxit originem, adductos fuisse spe, huiusmodi excommunicationis poenis, se bona & Ecclesiasticas personas facile defensuros. Statim vero ac nil hae apud populos praestitero ob eam praesertim caussam, quod eas iniustas censerent, quid sincere de immunitate potissimum & reali & personali sentiendum fuerit, statuere; & ad antiquam suam simplicitatem Ecclesiae potestate quo ad huiusmodi immunitates revocata, cogitarunt immunitates reales & personales iuxta cultiorum Iuris publici Ecclesiastici Autorum ideas consideratas. I. Naturali principum iuri. II. Positivo Principum iuri ob sistere.

§. CXLIII. Hisce igitur de caussis, et si Florentini pacem cum Pontifice Urbano VI. iunixerint, leges tamen, quae a Republica Florentina Gregorii XI. tempore latae fuerant, in nostro Codice anno MCCCCXV. a Castrense compilato intactas Florentini posuerint.

§. CXLIV. Hic vero loci rationem investigandam esse arbitror, cur Martinus V., uti in prima dissertatione nostra animadvertisimus, Ioannis Cornuensis & Zabarella Vicarii Episcopi Florentini curae Florentinos exorandos commiserit, ut eas leges quae anteactis annis omne robur obtinuerant, ipsi

ipſi abrogarent, & cur tandem eae anno
MCCCCXXVII. abrogatae fuerint. (1)

§. CXLV. Martinus V. post quadra-
ginta annorum Schisma Constantiense Con-
cilium, quod Martinum ipsum in Pontifi-
cali Solio constituerat, ratum habere coa-
ctus est, ideoque varias Conciliis ipsius de-
finitiones subſcripsit, quac ſane Pontificum
temporalem potentiam ſummopere minue-
bant, quas inter legenda videtur ea, qua
ſancituni fuit Pontificum auctoritatem, per
multis in casibus primaevis Ecclesiae uni-
versalis legibus obnoxiam eſſe. (2) In eo
demum Concilio, ut mores reformarentur,
cautum eſt, quae quidem omnia ad anti-
quam ſuam constitutionem Ecclesiasticam
potestatem revocabant. (3)

§. CXLVI. Audita igitur a Florentinis
Ecclesiae universalis & Pontificiae Poteſta-
tis reformatione, Martinum in Florentinam
Urbem digreſſum libenter Cives exceperunt,
ſperantes fortaffe illum in Politicis eorum
negociis ſe nunquam amplius immixturum;

Mar-

(1) Vid. Reformationem banc in Archivo Refor-
mationum exiſtentem lib. C. n. 35.

(2) Chastenet. nouvelle biſtoire du Concile de
Confiance „ Paris 1708. pag. 404.

(3) Lenfant biſtoire du Concile de Confiance
lib. 2. pag. 150. & ſeqq. Secondieme edition.

Martinus ob tantos acceptos honores parrem mercedem Florentinis retribuit, & Archiepiscopali dignitate Florentinum Ecclesiasticum Praesulem decoravit, (1) variisque aliis ingenii sui artibus Optimates Florentinos adeo sibi necessitudine devinxit, ut statim expostulaverit, ut illae contra Ecclesiasticam libertatem Rubriæ tollerentur. Existimantibus igitur Florentinis Optimatibus nullam amplius Ecclesiam inter & Florentinam Rempublicam controversiam extituram esse, eas Leges tamquam inopportunas nullius in posterum roboris ipsi declararunt; nullaeque sane sequentibus temporibus inter Rempublicam & Pontificem discordiae exortae essent, dummodo ea, quae in Constantiensi Concilio lata fuerant, in sua observantia mansissent; illius vero Concilii Constitutionibus in desuetudinem lapsis cito etiam rediit, si non expressa, saltem tacita sex Rubricarum observantia uti ex Xysti IV. & Laurentii Medicis, Iulii II. & Petri Soderinii rebus gestis eruere possumus. Horum autem res gestas in prima dissertatione nostra suis in locis opportune narravimus. (1)

Finis secundae ad Statutum Dissertationis.

N AD

(1) *Ammirat. lib. 17. ann. 1419. pag. 983.*

(2) *Vid. prim. dissert. o §. CVII. & §. CIX. & §. CX. & §. CXXIV.*



A D T E R T I U M
S T A T U T O R U M
L I B R U M

D I S S E R T A T I O.



Uneris nostri ratio postulabat, ut
in prima & secunda ad Floren-
tinum Codicem dissertatione de
legibus tum civilibus tum Ec-
clesiasticis, quae Reipublicae
bonum constituebant; a nobis in genere di-
sceptaretur, ut vero magis magisque manife-
stem sit quo pacto Respublica Florentinam
practique Civitatem ad urbanitatem informa-
verit, de peculiariis illis constitutionibus,
quae in sequentibus Tertio, Quarto & Quin-
to.

to ipsius Codicis Libris continentur, differere opportunum arbitrati sumus.

§. II. Has inter leges, quae magis magisque ad Urbanitatem Civitatem informant, eae potissimum recensendae sunt, quae Ci- vium securitatem defendunt, (1) ipsaque omnes Paullus Castrensis in tertio Statuto- rum libro, qui *Criminalis* dicitur, collegit.

§. III. Custodiae & Baliae Octovirum Magistratus ante etiam conditum Statutum legum, quae publicam respiciebant secu- ritatem, executionem curabat, illiusque officium fuit omnem adhibere curam, ne in Florentina Urbe & in Agri Florentini Oppidis non solum, sed etiam illis locis, in quibus Iurisdictionem aut Iuspatronatum Florentiae Commune habebat, optimus re- rum ordo everteretur, & crimina absque condignis poenis impunita remanerent. (2) Octovirum Custodiae & Baliae Magistratus anno MCCCCLXXV. suam habuit originem, (3) qui postea Ammirato teste, (4) immensum potentiae & dignitatis incrementum acce- pit anno MCCCLXXVIII., quo tempore ad Michaelem Landum ob Carminatorum co-

N 2 niu-

(1) *Bielfeld Institutions Politiques Tom. I.*
Chapit. VII. §. 1.

(2) *Forti Foro Fiorent. MSC. cap. 54.*

(3) *Fort. loc. cit.*

(4) *Historiar. lib. 14. pag. 730. & seqq. ad ann. 1378.*

1375

1378

niurationem Reipublicae regimen perveniat; quadere hic loci notandum censeo Ammiratum ipsum (1) a veritate omnino aberare, qui dum ad annum MCCCCCLXXX, de Baliae Magistratu verba facit, eum cum Practicæ Octoviris confundit, sicuti etiam permulti rei Florentinae Historici in errorem manifeste incidere, quando unum idemque Octoviros Belli & Baliae Octoviros existimarent.

§. IV. Quum igitur eorum, quae publicam securitatem respiciebant, Magistratus hic rationem habuerit, in huiusce securitatis publicae perturbatores ab eodem Magistratu devictos diversorum Iudicum consilio sententia proferebatur; hi vero Iudices, uti in prima dissertatione nostra innuimus, erant Potestas, Populi Capitaneus, & Iustitiae ordinamentorum Executor, (2) Capitaneique officio postea sublato, penes Potestatem solum iudicandi facinorosos homines auctoritas remansit; ipsius Potestatis deinde auctoritas imminuta fuit, eoque pacto, quo nunc Octovirum Magistratus subsistit, ipsi provisum fuit. Cosmo III. Magno Etruriae Duce anno MDCLXXX. ex tribus Iurisconsultis composita Rota Criminalis creata fuit; paucis vero lapsis annis antiquum

(1) Lib. 15. ad an. 1482.

(2) Vid. Status. lib. 3. Rub. 1. & primam dissertationem §. LXXVIII. & LXXIX.

197

quoniam illius Magistratus systema renovatum est.

§. V. De modo, quo ab Octovirum Magistratu in delictis investigandis procedendum erat, triginta & septem huius tertii libri Rubricae loquuntur, quae sane quoad nostros mores inutiles fere censendae sunt; Ius enim, quo hodie utimur, penes Marcum Antonium Savellium in suo ad Practicam universalem Prooemio invenire possumus; quod sane Prooemium ob tam rudes & indigestas moles ab eo editas dubium oritur, an illud mediocri sane ordine exaratum eius e calamo prodierit.

§. VI. His tamen minime obstantibus pro nihilo habendus est rerum Criminalium studiosus, qui Savelliano Prooemio tantum instructus ad inquirenda delicta se confert. Civium vita naturalis & Civilis maiorem requirit scientiarum notionem habita potissimum ratione seculi, quo vivimus, quoque humanitatis caussam Philosophi defendere studuere, & Iudicium Criminalium Ignorantiam & barbariem huius nostrae aetatis celeberrimi Viri vituperarunt. Scire enim Iudices oportet probationum faltem doctrinam; Nemo est dubie damnandus, nisi confessus & indubitatis probationibus evulnenter devictus; quadere non modo admittendi testes & instrumenta, sed & artificialia argumenta ex facti circumstantiis

N 3 de.

desumpta, quae modo tam clara sint, ut nullum dubitandi locum relinquant. (1) Nam ex indiciis & præsumptionibus licet urgentissimis neminem unquam damnandum ratio salutis humanae omnino efflagitat, valetque hactenus regula, præstare solum dimitti quam innocentem damnari. (2)

§. VII. Procedendi ratione constituta Castrensis ad poenas quae laesae Majestatis Divinae reis convenient irrogandas ac primum Blasphematoribus progrederit. (3) Huic vero Rubricae a Cosmo L. in sua de Blasphemia lege derogatum est. (4) Ea enim lege statuitur Blasphemantem pro prima vice & pecuniaria librarum cc. poena, & linguae perforatione puniendum esse; secunda vice librarum ecc. poena, & linguae amputatio, & duorum annorum ad trimes damnatione; & ea omnia in simplicis Blasphemiae casu procedebant; illius enim Blasphemiae, quae haereticam pravitatem redolebant, Sacrae Inquisitionis Tribunalis a Summo Imperante animadversio relinquatur; hodie vero in simplicis Blasphemiae reos poenae mitiores irrogantur.

§. VIII. Haereticorum postea poenas
Ca-

(1) *L. ultim. Cod. de probat. l. 1. §. 1. ff. de quaest. l. 3. Cod. quor. appell. non recip.*

(2) *Huber. de iur. Civit. lib. 3. cap. 4. §. VIII.*

(3) *Rub. 38.*

(4) *Vid. legens 8. Iulij 1542.*

Castrensis praescribit. (1) Quadragefima ve-
ro Rubrica eti de „ Haereticis diffidandis,
¶ banniendis „ in genere loquatur iuxta ta-
men Ioannis Lamii (2) opinionem de his
tantum haereticis loqui afferendum est, qui
eo tempore florebant, quo haec eadem
lex lata fuit, quidquid in contrarium Vin-
centius Borghinus existimaverit. (3) Quum
enim huius Rubricae dispositio cum Constitu-
tione potissimum illa concordet, quae
Honorio III. Pontifice anno MCCXX. a Fri-
derico I. Imperatore lata fuit in Patarinos,
¶ cum Gregorii IX. lege anni MCCXXVIL
a quibus iidem Paterini damnantur, ideo
Rempublicam etiam Florentinam, in cuius
praincipue ditione hi morabantur haeretici,
a ratione alienum non est contra eosdem
Haereticos eodem tempore suas leges con-
stituisse.

§. IX. De Fraticellis etiam a Castrense
fit mentio, qui aliam haereticorum Factio-
nem quae Florentinae exorta pariter est,
efformabant. Huiusc generis haeretici
variis nominibus appellati eorum aliqui (4)
„ Ordinis Beati Francisci erant Apostatae
„ Fratres aliquando minores, aliquando
„ fratres dicti pauperis vitae, qui omnes

N 4

Mi-

(1) Rub. 40.(2) Vid. Lami Antiquit. Florent. Lett. 15. & 16.(3) Borghin. de Eccles. & Episcop. Florent.(4) Rub. 41.

„ Michaelis de Caesena vitam & doctrinam
 „ sequebantur. (1) Clemens V. peculiarem
 „ Inquisitionem in Fraticellos mandavit (2)
 „ per celebremque Extravagantem quae in-
 „ cipit „ *Sancta Romana Ecclesia* „ de Reli-
 „ giosis domibus „ in ipsos Ioannes XXII.
 evulgavit; verum his omnibus ab haereti-
 cis *Fraticellis* pro nihilo reputatis, ceteros
 inter errores asserabant „ Pontificem ipsum
 „ Ioannem XXII. eiusque successores hae-
 „ retica pravitate coinquinatos esse, seque-
 „ solos Sacerdotes vocabant, & Ecclesiae
 „ Sacra, se tantum ministrare posse dice-
 „ bant, sibique ipsis totius Ecclesiae refor-
 „ mationem, & Pontificis electionem spe-
 „ etare praesumebant. „

§. X. Hos inter haereticos, qui Eccle-
 siam & Rempublicam Florentinam pertur-
 barunt, *Frustatores* etiam connumerantur.
 Mortuo enim Ezelino Tyranno ait Mona-
 chus Paduanus (3) publicum pietatis & poe-
 nitentiae signum varios Italiae populos tra-
 didisse, qui ab uno ad alium populum iter
 facientes usque ad effusionem sanguinis pro-
 prium corpus verberibus lacerabant; ideo-
 que *fugatores* dicti sunt. Florentiam quo-
 que, Io. Villonio (4) teste, *Frustatores* una
 cum

(1) *Vid. Histor. Episcop. Civit. Senar. Equitis
Io. Ant. Peccii pag. 253.*

(2) *Vid. d. Rub. 41.*

(3) *In Chronic. lib. 3.*

(4) *Historiar. lib. 9. cap. 23.*

cum eorum duce *Venturino Bergomensi* per-
venere; istam vero tam repentinam poeni-
tentiam, quae ultra etiam Italiae fines per
diversas Provincias diffusa est, non solum
sapientes sed mediocres etiam viri mira-
bantur, maxime cum iste Poenitentiae mo-
dus inauditus a Pontifice, qui tunc Agna-
nac residebat, minime institutus fuisset,
neque sacrae vel potentis alicuius personae
industria vel facundia insinuatus; Hinc fa-
ctum est ut Manfredus Apuliae & Siciliae
Rex, ne isti suum Regnum ingrederentur,
prohibuerit, & Obizus Estensis & Ferrariae
Populus varias contra eos leges pariter e-
manarint, quas penes Muratorium (1) inve-
nire possumus & ob eam tantum caussam
Respublica Florentina suo in Codice Ru-
bricam posuit „ *De Frustatoribus*, & eorum
„ aliorumque Societatum congregacione prohi-
„ bita; (2) neque sane inanis suspicio fuit
ex inopportunis illis Societatibus Florentiae
mala permulta timenda fuisse. Horum ve-
ro Sectariorum veritati contrarii quadragin-
ta & quatuor errores a Frankio enumera-
rantur. (3)

§. XI. Ex his vero omnibus Statuti
nostris legibus eruitur Rempublicam Episco-
pi

(1) *Murator. Tom. 4. Antiquit. Ital. c. dissert.*
75. colonna. 471.

(2) *Rub. 44.*

(3) *In Chronicis d.*

pi sive Inquisitoris instantia haereticos in suos conieciisse carceres, ut autem puni- rentur, ipsos Inquisitioni tradidisse, quod sane concordat cum iis quae refert Auctor Vitae Rogerii Calcagni, (1) qui Inquisito- ris officium post Aldobrandinum Cavalcanti- um Florentiae administravit. Traectu tem- poris Inquisitionis Tribunal ob nimiam for- tasse; quam Inquisitores in praetensos reos crudelitatem exercebant, pro nihilo fere habitum fuit, & diversorum Regnorum cu- ra fuit, ne hoc amplius Tribunal statum faceret in statu, ideoque cultiores Europae Principes proprios administratos Tribunalis ipsi praefecere, ut eorum consilio contra haer- eticos sententiae ab eo dicerentur, idque prudentissime iis in Regnis factum fuisse ab ipsis Politicae artis auctoribus asseritur.

§. XII. Constitutis poenis contra eos, qui immediate Religionem offendebant, ad eas statuendas poenas in eos, qui Ecclesia- sticam laedebant disciplinam, Castrensis pro- greditur, ideoque Rubricas legimus XLIII. De Clericis fictitiis. XLV. De poena offend- entis Episcopum Florentinum; neque mi- rum sane est Florentinam Rempublicam suum defendisse Episcopum, cui tam ma- gnam Iurisdictionem & auctoritatem con- cef-

(1) *Haec. vita descripta fuit a Dominico Ma- ria Sandrin, Dominicanu, & ipsa Ioann. Lamii XVII. Antiquis. Florent. lectionem efformat.*

203

tesserat; quae vero fuerit Episcopi Florentini auctoritas penes Lamium (1) in suo quodam commentario facile videre est.

§. XIII. Legitur quoque Rubrica ,,,
,, xlvi. Quod nullus de Civitate, Comi-
,, tatu vel alicuius de infrascriptis possit
,, esse Fesulanus vel Florentinus Episcopus „
cuius origo eadem censenda est sex illarum
contra Ecclesiasticam libertatem, quas in
secunda dissertatione nostra illustravimus,
uti ex Admirato palam fit. (2) Quum ve-
ro Episcopi Florentini & Fesulani summam,
uti vidimus, auctoritatem & potestatem
haberent, timendum quidem erat, ne Ci-
ves Florentini aliquique in ea Rubrica me-
morati, qui cum Episcopo vel Florentinis
vel Fesulanis sanguine essent coniuncti, ni-
mum potentes evaderent, pauperes depri-
merent; & Reipublicae securitatem per-
turbarent.

S. XIV. Aliae sequuntur Rubricae, in
quibus diversis pariter Clericorum officiis
a statuto providetur; ex eo enim erui-
tur „ Quomodo laici & consanguinel tene-
„ rentur pro Clericis offendentibus Secula-
„ res (3) „ Quomodo vetitus effet acces-
„ sus ad bona & loca Ecclesiastica sine li-
cen-

(1) *Eccles. Florent. monumenta a pag. 857. ad pag. 881. Tom. 2.*

(2) *Historiar. lib. 13. pag. 622.*

(3) Rab. XLIV.

„ centia dominorum . (1) Quomodo proce-
 „ deretur per Dominos quando petebatur
 „ licentia ab eis accedendi ad bona Eccle-
 „ siastica . (2) Quo pacto , qui contra Statuti
 „ formam bona Ecclesiastica occupasset , di-
 „ mittere cogeretur . „ (3) Idem tandem ob-
 „ jectum respiciunt sequentes „ De defen-
 „ dendis Ecclesiis & locis religiosis (4) De
 „ poena invadentis & occupantis Ecclesiis
 „ vacantes (5) Nulla persona deferat habi-
 „ tum Pinzocherorum , nisi foret de iis . (6)
 „ De Monasteriorum invasoribus & rapo-
 „ ribus monialium . (7)

§. XV. Celebres sunt duae in hoc no-
 stro statuto rubricae ad res Ecclesiasticas
 pertinentes „ Rub. LIV. De poena impetrant-
 tis Hospitale de Colle „ LV. de poena im-
 petrantis vel impedientis opus S. Io. Bapti-
 stae ad S. Eusebium . Ex prima enim eruitur
 vetitum fuisse Clericis Collis Vallis - Elsaes
 Hospitalis bona & iura pio cuidam usui
 destinata in proprium usum & commoditatem
 convertere . Quum enim in iis omnibus ,
 quae piu[m] aliquod obiectum respicerent .
 Pog-

(1) Rub. XLVII.

(2) Rub. XLVIII.

(3) Rub. IL.

(4) Rub. L.

(5) Rub. LI.

(6) Rub. LII.

(7) Rub. LIII.

Pontifex iura sua exercere posse contendet, & ea quoque bona in beneficium Clericis ipsis tradere posse existimaret; ut huic a Pontifice occupato iuri obsisterent Florentini, legem quam paullo ante retulimus, evulgarunt.

§. XVI. Quod ad aliam rubricam spectat, sciendum est opus, Fabricam & sarta recta Ecclesiae S. Ioannis Baptiste iuris Consulum Kallismalae extitisse, ideoque eam constitutionem, quam supra innuimus, ipsi Mercatorum Kallismalae Consules confecere. (1)

§. XVII. Mynus illud artis, illius Consulibus commissum est anno MCL., quo Ecclesia instaurata fuit (2) quidquid in contrarium scribat *Ioannis Cinellius* in iis quae *Francisco Broccio*, „ de pulchritudine & „ *Elegantia Florentiae*, addidit, qui anno MCCXXV. id factum fuisse afferit, Falsa est quoque *Ferdinandi Meliorii* (3) opinio, dum putat S. Ioannis Fabricae curam Consulibus ipsis commissam fuisse anno MCCXXX., quo tempore Rubrica, quam produximus condita fuit. Ipse tamen putaverim minus a vero recedere Cinelli sententiam; quum extet Bulla Innocentii III. lata anno MECIX. anno scilicet IX. eius Pontificatus, ad Episcop-

(1) *Lami Eccl. Florent. monumenta* pag. 942.

(2) *Lami loc. cit.* pag. 943.

(3) pag. 114. e 133.

scopum Florentinum Ioannem, qua eidem mandat, ut administrationem S. Ioannis Pagano Praeposito Florentino committat; vocatque contra ius factam occupationem illam, qua Consulibus Mercatorum Florentinorum huiusmodi operis procuratio demandata est, immo constat Consules Mercatorum S. Ioannis opus administrasse anno etiam MCXCHI. ex quodam Capituli Florentini Archivi Instrumento. (1)

§. XVIII. Si vero per quadraginta annorum spatium Kallismalae Consules S. Ioannis Fabricae opus administrasset, sero nimis Ecclesiastici reclamassent, quadere vel munus Kallismalae Consulibus demandatum anno MCI. ut scribit Ioannes Villanius (2) intermissum vel post annum MCC. renovatum fuit; unde Clericorum clamor contra hanc Reipublicae constitutionem exortus sit; quod sane nobis persuadent Episcopos inter & Consules Kallismalae hac in re exortae contentiones idque Pontificum querelae demonstrant; ex hac vero constitutio- ne. apertissime ostenditur Episcopum & Ecclesiasticos huius operis curam ad se pertinere contendisse, tantaque ideo severitate usos esse Florentinos contra Clericos illam jurisdictionem sibi vindicare attentantes.

§. XIX.

(1) *Vid. Instrum. hoc relatrum a Ioann. Lamio doc. cit. 944. in not. sub lit. A*

(2) *Historiar. lib. 1. cap. 60.*

§. XIX. Hic autem loci adverendum est eam Rubricam una cum aliis contra libertatem Ecclesiasticam relatis, in secunda dissertatione nostra rogante Martino V. a Florentinis anno MCCCCXXVII. sublatam fuisse; omne vero robur sequentibus temporibus obtinuere huius tertii libri eae, quae de Clericis disponunt, ubi ex ipsius anni MCCCCXXVII. lege colligere possumus. (1)

§. XX. His constitutis Castrensi declarare opus fuit, quo pacto Reipublicae laederetur maiestas; quibus certe delictis nimium severas poenas ipse irrogavit. Legum severitatem contra laesae maiestatis reos Florentini pacatis exitiosis Ghibellinorum & Guelphorum seditionibus ipse meritoque exerceere ceperunt. Nam quo unquam pacto Ghibellinis Guelphisque partibus existentibus Florentiae non solum sed in reliquis etiam Italiae Civitatibus, quae in Anarchiae statu se regebant, laesae Maiestatis rei inveniri poterant? Maioris Poetae nostri haec Italiae tempora describentis sententia est.

Che

(1) *Adami*, „Raccolta di Leggi, e di Statuti sopra i Possessori delle Manimorte con varie dissertationi di celebri Autori pag. 60. Vid. Archivum Refutationum MSC. lib. C. pag. 35.

*Che le Città d' Italia tutte piene
Son di Tiranni, ed un Marcel diventa
Ogni Villan che parteggiando viene.*

§. XXI. Talis erat Italiae universae miserrimus rei Politicae Status; Ghibellini saepenumero Guelphos e Civitate quadam eiciebant; Exules Guelphi magnis copiis in eamdem Urbem redibant, dominiumque iterum Ghibellinis auferebant vietricisque Partis Dux Civitatis Imperium iniuste invadebat; Tali pacto Martinum Turrem, Azzonem Vicecomitem, & Sforrias memoria repetere possunt Mediolanenses; Monticulos, Ezelinum II. & Mastinum Scaligeram memoria repetere possunt Veronenses, Salinguerras Ferrariae populus, Gonzagas Mantuani, suosque diversae aliae Civitates Tyrannos.

§. XXII. His sane temporibus, quibus Castrensis Statutum confecit, omnes quae in Republica partes exarsere, excellentium quorumdam Virorum virtute ac prudentia pacatae fuerant, suisque in legibus statuendis omnem adhibuere curam, ut Reipublicae libertas & Imperium augumentum reciperent. Eo igitur tempore laesae Maiestatis humanae crimina, iure quidem meritorum, & non injuria (uti antea puniebantur) puniri copta sunt.

§. XXIII. Inter cetera laesae maiestatis

eis delicta primum in Républica Florentina, locum tenebat Coniuratio; ob instabilem enim Florentinorum mentem consiliumque saepissime factum est, ut ob levissimam causam immensa damna in Republica exorierentur; Cum igitur, ut huiusmodi coniurations ad effectum perducerentur, quidam auctoritate privata coetus convocarentur in Urbe, ideoque in nostro Codice statutum est „ Quod nullus tractet in secreto loco „ de electione Prioruni & Vexilliferi Iustitiae, Potestatis & Capitanei (1), de poena „ exclamantis in Conilio seu Parlamento seu radunatione seu facientis tractatum, (2) de poena non revelantium tractatum, (3) de proemio revelantium tractatum, (4) de poena facientis Congregationem vel invitatam pro violatione status pacifici Civitatis Florentiae, (5) de poena facientis tractatum de iis quae spectant ad Commune Florentiae (6) de poena personarum alicuius artis se simul congregantium. (7)

§. XXIV. Saepe etiam factum est, ut

O qui-

(1) Rub. LVI.

(2) Rub. LVII.

(3) Rub. LX.

(4) Rub. LXI.

(5) Rub. LXII.

(6) Rub. LXIV.

(7) Rub. LXX.

quidam factiosi Homines sollicitaverint con-
citaverintve, quo seditio tumultusve adver-
sus Rempublicam fieret, quod sane aliud
laesae maiestatis delictum dicitur, (1) ideo-
que cautum est, „ de poena elevantis Ban-
„ dieram vel Insegniam in Civitate Floren-
„ tiae pro rumore & tumultu faciendo.
„ (2) De poena clamantium vel concita-
„ tionem facientium. (3) De popularibus,
„ qui puniuntur, ut Magnates. (4) De
„ poena facientis invitatum, Cavalcatum,
„ vel andatum, contra speciales personas
„ sine licentia regiminis Florentiae. (5)

§. XXV. Laesae Maiestatis delictum
eos etiam commisisse in Republica manife-
stum est, qui Reipublicae hostibus nuncium
literasve misissent, quo ipsi Reipublicae ho-
stes consilio invarentur, (6) ideoque hoc in
Codice Castrensis apposuit Rubricas, „ De
„ poena revelantis iurata teneri secreta in
„ Palatio dominorum. (7) De literis & nun-
„ ciis non mattendis ad inimicos Communis
„ Florentiae. (8)

§. XXVI.

(1) Ant. Matth. Comment. de crimin. ad lib.
XLVIII. Dig. Tit. 2. cap. 2. num. 11.

(2) Rub. LXV.

(3) Rub. LXVI.

(4) Rub. LXVII.

(5) Rub. LXVIII.

(6) Ant. Matth. loc. cit. num. 16.

(7) Rub. LVIII.

(8) Rub. LXXI.

§. XXVI. Huius pariter criminis reus erat, qui exercitum deserebat vel privatus ad hostes fugiebat, qui cedebat in bellis aut arcem non tenebat, seu concedebat castra, qui tandem inscia Republica bellum gerebat, (1) eisque de causis in nostro statuto leguntur Rubricae „ de poena submittentis alicui Civitatem, vel Comitatum vel districtum Florentiae . (2) De poena rebellantis, aliquem locum vel guerram facientis contra Commune Florentiae (3) de poena dantis vel restituentis aliquam Fortitudinem Communis Florentiae alteri, quam dicto Communi. (4) De pace cum inimicis Communis Florentiae sine voluntate Communis non tractanda. (5) De poena committentium falsitatem seu fraudem in custodia Castrorum. (6) Quod Castellani nos exeant Roccas . (7) De poena impetrantis Castellaneriam per alium (8). , ,

§. XXVII. Advertendum vero hic loci est sequentibus Florentinorum temporibus Cosmo I. Florentiae Duce peculiarem exaratum fuisse legem contra eos, qui hostili

O 2 ani-

(1) Vid. Ant. Mattb. doc. cit. num. 13. 15. & 16.

(2) Rub. LIX.

(3) Rub. LXIII.

(4) Rub. LXVIII.

(5) Rub. LXXII.

(6) Rub. LXXIII.

(7) Rub. LXXVII.

(8) Rub. LXXVIII.

animo adversus Principem vel nexum Civitatis machinantur; (1) quae sane lex ad verbum fere concordat cum Epistola, quam de coniurationibus, Arcadius, & Honorius ad Eutichianum Praefectum Praetorium scripsere. (2) In ipsa enim Cosmae lege, ut in illa Arcadii, & Honori contra eos, qui criminis primi sunt Autores, non solum mortis poena statuitur, sed etiam contra eorum filios & posteros, quibus etsi aliquando vita concedatur, a paterna tamen & avita & omnium etiam proximorum haereditate & successione habentur alieni; ex testamentis extraneorum nil capere possunt, perpetuo egeni & pauperes esse debent, infamia eos paterna semper comitatur, ad nullos prorsus honores & nulla sacramenta pervenire possunt; censentur postremo tales, ut iis perpetua egestate fordanibus sit & mors solarium & vita supplicium.

§. XXVIII. Poenarum acerbitatem, quibus praesertim perduellium filii puniuntur, melioris notae Iurisconsulti reprehendunt; nam ut alios taceam, ita eam Arcadii legem Antonius Contius (3) infestatus

(1) *Vid. leg. II. Martii 1598. evulgetam an. 1567. quam vulgo „Pulverinam“ dicimus.*

(2) *Vid. I. quisquis Cod. ad L. Iul. Majest. & primam dissert. nostram §. CXXXX.*

(3) *Lib. I. Lection. cap. 7.*

tus est, ut non dubitet ipsum Iustinianum; vel Codicis eius compositores reprehendere, quod & sanctissimas quasdam constitutiones in Collectione illa praetermiserint, & quasdam contra in eam retulerint iniquissimas. In pacifico vero hodierno Italiae statu inutiles ferme huiusmodi leges putandae sunt. Cultissimi enim Italiae Principes praecepta, quae Nicolaus Machiavellus (1) & Scipio Ammiratus (2) tradidere servare omnino student, stultique essent Populi, si nostris temporibus contra propriam felicitatem atque securitatem coniurarent.

S. XXIX. Laesae Maiestatis crimen committere quoque dicebatur, qui privatus pro potestate vel Magistratu, quid dolo malo gerebat, & hoc pertinere videntur ea quae apud Interpretes reperiuntur tali pacto declarata,, si quis cum Imperium potestatemve haberet, fines eius excesserit, „ si Principis Insignia quis usurpaverit, aut „ pro Marchione aut Duce se gesserit, cum „ neque Dux neque Marchio esset si quis

O 3 „ pri-

(1) Nicol. Macchiav. *Politic. ad Tit. Liv. disput cap. 7. de coniurationibus.*

(2) *Disputatio X. ad Corn. Tacit. §. 19. cuius est titulus „ Rarissime immo nunquam excusari posse „ eos, qui coniurant adversus sum Principem „ & disput. IV. ad lib. XVII. eiusdem Auctoris „ cuius est titulus „ Quas res cavere vel curare „ Principes debeant ne subditos suos offendant „.*

, Privatus Carcerem habuerit „ (1), quae omnia et si in legem Iuliam Maiestatis incident, ad primum tamen caput de perduellionibus pertinere non videntur, nisi ab afferante Imperium, sive hostiliter animata facta fuerint. Viginti autem sunt tertii huius libri Rubricae, quae hisce laesae maiestatis delictis poenas inferunt. (2)

§. XXX. Quum tandem saepenumero evenire soleat, ut suprema laedatur maiestas ob iniurias, quae Magistratibus, iisque, qui eos representant, inferri possunt, variisque alias ob causas, quae in secundo legis Iuliae capite continentur, ideo quatuordecim aliae Rubricae in Codice Florentino leguntur, quibus hisce delictis provisum est. (3)

§. XXXI. His omnibus a Castrense absolutis, sequebatur, ut ipse de iis loqueretur, quae in tribus illis legibus una Plautia & duobus Iuliis continentur, de vi scilicet publica & privata. (4)

§. XXXII. Vim publicam, qua dolo malo

(1) Anton. Moesb. ad lib. XLVIII. dig. tit. 2. §. 17.

(2) Vid. Statutum a Rub. LXXIV. usque ad totam Rub. LXXVI., & a Rub. LXXIX. usque ad tot. Rub. XCV.

(3) Vid. Statutum a Rub. XCVI. usque ad tot. Rub. CIX.

(4) Sigen. de Indic. lib. 2.

malo publica securitas per atrociorēm vio-
lētiām iniustam laeditur, variis modis
committi ex Samuele Friderico Boheme-
ro (1) colligimus, & huiuscē generis me-
rito censentur crimina, quorum poena sta-
tuitur in

Rub. cxii. „ De poena raptus mulierum , adulterii , & stupri & petentis uxorem vel virum non apparente instrumento matrimonii .

S. XXXIII. Pecuniariam poenam Ca-
strensis horum delictorum reis infixit; lege
vero XI. Decembris MDCVIII. (2) cautum
est, ut violentiae libidinis causa exercen-
dae mulieri honestae sine armis illatae tri-
remum poena damnentur; si cum armis,
& minima etiam sanguinis effusione, ex-
iamsi effectus non sequatur, capitis poena
punitantur.

§. XXXIV. Publicam securitatem nostro pariter statuto inspecto enormiter la-debant, qui sibi ipsis iura dicentes aliquem, ut statuti ipsis verbis utar, extirquendi causa capiebant, & in privato quodam lo-co custodiebant, quorum quae fuerit poena, videre est in

• 4 • RUMBLE

(1) *Rohemer, Jurisprud. Criminal. Sch. p. 549, 7.*

S. XCIX.

(2) Legis talis est titulus „Sopra le violenze
„uite super malizio, o fedimenta per desiderio
„caritate nti coniugale nostra“.

Rubrica cxiii. De poena tenentis aliquem in privato loco, vel capientis causā extorquendi vel appostantis. „

§. XXXV. Sublata antiqua Romano-rum & Longobardorum barbara consuetudine recipiendi hominem vel mulierem in pignus tanquam Civilis libertati contraria, statutum nostrum pecuniariam poenam id etiam facientibus irrogat, uti patet ex

Rubrica cxiv. de pena accipientis aliquem hominem vel foeminam in pignus „

§. XXXVI. Ea inter crimina, quae publicam laedunt felicitatem, illud παιδεῖας „ sive Atticae Veneris connumerari potest, ipseque Castrensis de Sodomiae criminе quocumque modo ac circumstantia commissio loquitur in

Rubrica cxv. de pena *Sodogmitarum, trapassorum, & similiū malandrinorum, & receptantium eos.* „

§. XXXVII. In eos itaque, qui aetate maiores contra naturam vel eius ordinem coeunt (ex quo fit ut sexus perdat locum, venusque mutetur in aliam formam (1) a statuto nostro mille librarum poena statuitur pro prima vice, domusque in qua delictum patratum est, ut igne combureretur, cautum est, eo casu quo ad eius criminis auctorem domus proprietas per-

(1) Ita loquitur Constantinus & Cossus in L. 3. Cad. ad L. Iul. de adult. Struv. exercit. II. Tbs. XLII.

pertineat; secus e dicta domo delinquens una cum tota illius familia a Domino ciceretur. Condemnatus vero ac pro prima vice punitus non erat ex hoc infamis, & ab honoribus & Florentiae Communis officiis arcebatur. Qui tandem secunda vice in idem crimen incidissent, morte puniebantur, & ipsa capitum poena subeunda erat ab illo, qui aliquem rapiebat, ut ipsum crimen patraret, vel violenter in aliquem committeret, quique ad actum proximum veniens per eum non steterit, ut delictum non sequeretur.

§. XXXVIII. Posteriori lege VIII. Iulii MDXLII. huic Rubricae partim derogatum est; ius vero, quo hodie circa hoc delictum utimur, in alia lege anni MDCCXX. invenire possumus, qua inspecta secundum commune ius Ronianorum talia crimina punienda sunt, & ea de caussa haec postrema lex mirum in modum concordat cum *Aauthentica*, „*Ut non luxurietur contra naturam*„.

§. XXXIX. Quibusdam etiam delictis poenae a Castrense constituantur, quae et si per atrociorum violentiam haud committantur, publicam tamen securitatem violent; Ea vero in titulo Digestorum & Codicis de *qui privata continentur*, & huc referri possunt Rubricae cxvi. „*De poena dicentis alicui verba iniuriosa*„. cxvii. „*de poena impro-*

” pe-

„ perantis alicui homicidium vel aliud maleficium alieuius personae „ cxxviii. de poena percuntientis aliquem manibus vacuis vel dentibus „ cxix. de poena percuntientis aliquem cum armis vel *alia* „ vi „ & hac cum Rubrica concordat altera cxxvii. „ de poena vulnerantis aliquem cum *Mannaria* vel aliquo genere infrascriptorum armorum „

§. XL. Pecuniariæ poenæ, quæ huiusmodi delictis irrogantur hodie adhuc in usu sunt, et si lege cuius est titulus „ *Variorum ordinum Criminaliam* „ anni MDCCCLXIV. cautum sit (1) ut horum Criminum rei, qui non habent in aere, in corpore huant, quod sane Iudicium Criminalium arbitrio relinquitur.

§. XLI. His constitutis a statuto praescribitur, quibus in casibus privata vindicta permissa sit, ideoque in statuto nostro leguntur Rubricæ, quæ omnes ad ea, quæ in Romanorum corpore de homicidio necessario dicuntur, referri possunt; (2) ex his autem eruitur eum, in quem offendit illata est, offendit ipsius in actu vindictam agere posse, quo iure offendit ipsius coniunctos gaudere manifestum est. Advertendum vero existimo capitinis poena plebendos esse eos, qui inculpatae tutela-

me.

(1) *Vid. §. V. buiis legis.*

(2) *Vid. Rub. 120. & 121.*

moderaminis nulla ratione habita, eius fines dolose excedunt, quive extra ipsam offendentis personam vindictam gerunt.

§. XLII. Qua pariter poena plectendi fint qui alicuius personae ope, aliquem verberibus offendunt aliamve iniuriam ob personae alicuius praesidium inferunt, quive insurandum praestant alium necandi, videndum est in Rubricis cxxiii. „ De „ poena facientis aliquem offendere, cxxiv. „ De poena iurantis aliquem interficere, „ & ea omnia cum Praxi, qua hodie utimur, concordant. „

§. XLIII. Sanguinis crimina, quae postea sequuntur Rubricae, respiciunt. Cautum enim est in Rubricis „ cxxv. De poena „ na *Affassinii* & eius qui fecerit aliquem „ offendere per *Affassinos* „ cxxvi. De poena „ na homicidium committentis vel com- „ mitti facientis „ cvii. De poena occi- „ dentis vel venenantis cum, cui ipse vel „ infrascriptae personae succedere possunt.

§. XLIV. Petrus Caballus celeberrimus suae aetatis Iurisconsultus de omni homicidii genere tractatum edidit (1), in quo sane Statuti huius Rubricas suis non omnino in cultis animadversionibus exornavit, ac in eo praesertim ostendit in Etruria, iuris potissimum Communis regulis, huiusc generis

(1) *Hunc Petri Caballi Tractatum post eius Resolutions Criminales legimus.*

ris criminis puniri. Recensentur quoque oportet, quae a Florentinis leges „ de homicidiis „ latae fuerint, quae antiquioribus derogarunt, & eas inter primum tenet locum illa i. Maii MDXLVIII., quae postea in quodam, uti aiunt legum Criminalium compendio XXXI. Octobris MDCXXXVII. renovata fuit. (1) Super eos vero, qui veneno procurato mortem alicui inferunt „ diversi Ordines Criminales „ xv. Ianuarii MDCCXLIV. videndi omnino sunt. (2)

§. XLV. Poenae a Lege Cornelia, in Romanorum corpore contra eos constitutae, qui dolose in tertii fraudem veritatem immutant, in nostrum pariter Codicem Florentinum relatae sunt.

§. XLVI. Peculiaris falsi species fuit falsa moneta, ideoque in nostro Statuto, sequentes Rubricae hoc peculiare obiectum respiciunt. cxxix. „ De poena fabricantis „ monetam auream, vel facientis sive ven „ dentis ferros vel Conia sub signo Com „ munis Florentiae extra Zeccam „ cxxx. „ De poena falsificantis, vel limantis, vel „ ton-

(1) Compendio di più, e diverse leggi pubblicate fino al presente giorno per la destruzione de Banditi, Assassini di Strada, Omicidiari ed altri delinquenti con le loro dichiarazioni ed aggiunte pubblicato il di 31. Ottobre 1637.

(2) §. XI.

„ tondentis monetam „ cxxxii. De poena
 „ tenentis vel expendentis vetitam mone-
 „ tam „ cxxxiii. De poena deferentis au-
 „ rum non coniatum extra Civitatem Flo-
 „ rentiae. „

§. XLVII. Florentina Moneta antiqui-
 tus Florenus aureus fuit de cuius ethymo-
 logia ac figura summa eruditionis copia a
 Borghinio, (1) a Cancellario Montis Clau-
 dio Boffinio, (2) ab Equite de Vettoriis,
 (3) & ab Orsinio tandem in monetalis of-
 ficinae regestu a Ioanne Villanio inchoato
 disceptatum est.

§. XLVIII. Aureus iste, uti aiunt,
 Florenus, qui apud Florentinos aurei gene-
 ris pecuniac prima species fuit anno MCCLII.
 ut magis magisque commercium recipéret
 augmentum, cudi a Florentinis incoepitus
 est. (4) Antea enim argentea taptuni pe-
 cunia utebantur, & ex eo metalli genere
 Florenus componebatur. (5) Argentei Flo-
 reni precium denariorum duodecim fuit,
 quem

(1) *Lectio „ de Moneta Florentina .*

(2) *Boiffin apud collectionem Argelati Tom. 4.*

(3) *Fiorino Illustrato .*

(4) *Ioann. Villan. historiar. lib. 6. cap. 54.*
Malaspin. historiar. cap. 152. Advocat. Graffionius
in decisi. legati Pietantiae 4. Maii. 1731. art. 2.
Notizie del Fiorino d'oro. Vid. quicunquam disserta-

§. XXXX.

(5) *Comes de Carolis Tom. 1. pag. 313. .*

quem vero *Solidum* huiusmodi danarii, quam
ve libram Solidi isti compouerent, ignotum
est, nisi fidem Ricordano Malaspinae (1)
habeamus, qui asserit libram ex viginti
solidis, & ducentis & quadraginta dana-
riis compositam aureis Florensis equiparari.

§. XLIX. Ceterum quidquid sit de hi-
sce inter eruditos quaestionibus certum est,
Florentinos iure meritoque honorem sibi
tribuere, quod aureae pecuniae usus in
Italia restitutus per eos fuerit, vel saltē
primi extiterint inter eos, qui numerum
ex aureo metallo efformatum omni purita-
te & sinceritate cuderent; (2) ex quibus
omnibus eruere datum est iure meritoque
in Codice nostro statutas fuisse poenas in
eos qui aut tondentes, aut perficienes fal-
sam pecuniam huiusc generis falsum com-
mittent; tanta enim fuit in existimatione
Florentinorum pecunia, ut hac in re non
mediocre super ceteras gentes commercium
perficeret (3).

§. X. Variis nominibus sequentibus
temporibus Florensis aureus nuncupari coe-
pit, id est „ *Suggelli*, *Ducatus*, *Floreni de*
„ *Ga-*

(1) *Historiar. cap. 98.*

(2) *Borgbin. monet. Fiorent. pag. 2. pag. 211.*
Corti Tom. 1. pag. 105. 113. 320. e 409.

(3) *Targion. Tazzet. in sue dissert. „ discorsi
alla società Colombaria sul Fiorino di Suggelle „*
pag. 12.

„ *Galera*, *Floreni Largi*, *Floreni Stricti*,
 „ *Floreni de Camera*, *Floreni de auro in au-*
rum; „ quae varia Florenorum nomina
 pro variis temporibus in usu fuerunt, ut
 ipsorum tempus externaeque qualitates di-
 singuarentur, non vero eo quod in pre-
 cito ac valore inter se distarent, uti mul-
 torum erronea fert opinio. Inter vero ce-
 teros Florenos ille qui dicebatur „ *de Ga-*
lera „ excellebat; anno enim MDCXXII. cu-
 sus fuit variarum immunitatum caufa, quas
 ab Aegypti Soldano pro Occidentali com-
 mero exercendo Respublica obtinuerat;
 cumque illius commercii caufa Triremes
 Florentini condiderint, ideo Florenos, qui-
 bus in illo cum Oriente commercio uten-
 dum erat „ *de Galera* „ nuncuparunt. (1)

S. LI. Nil hic loci dicam, quae fu-
 rit Seculo XIII. aurum inter & argentum
 proportio; id enim celeberrimi huius nostri
 aevi Auctores perfecerunt; (2) Nil de diver-
 sitate, quoad Floreni aurei precium, quod
 pro variis temporibus obtinuerunt, id enim
 omne ab Auctoribus pariter permultis de-
 claratum est. (3) Nil tandem dicam de illa

Iu-

(1) *Skipio. Ammirat. Histor. Florent. lib. 18.*
pag. 997.

(2) *Comes de Carolis Tom. 2. differt. 6. §. 12. Neri.*
Osservazioni sopra il prezzo legale della Moneta p 91.

(3) *Vid. has leges relatas ab auctore tractatus*
in della Decima „ Tom. 1. pars. 2. post tractatus
n della moneta de Fiorentini.

Iurisconsultorum opinione, ob quam inva-
 luerat in Republica omnino reiicienda sent-
 tentia „ Monetae valorem non ex metalli
 „ quantitate, ex qua componebatur, desu-
 „ mendum, sed ex fractionum numero, in
 „ quas Florenus ipse dividebatur, ex quo
 „ deducebant, ut quanto maior esset fra-
 „ ctionum numerus, maior etiam Floreno-
 „ rum precium extaret „ huiuscē enim rei
 falsitatem clarissimus Urbis nostrae decus
 Philippus Bernardus Davanzati, (1) & in-
 signis Philosophus Joannes Lockius deinde,
 Bernardi Davanzati fortasse premens vesti-
 gia, peregregie demonstravit. (2) Ceterum
 reliqua omnia quae laboriosam monetarum
 scientiam respiciunt ab instituti mei ratio-
 ne aliena omnino sunt, eaque solum a me
 indicanda arbitratus sum, ut late magis
 quatuor relatarum Codicis nostri legum ra-
 tio pateret, quarum hodie etiam rigor,
 poenaeque in eis constitutac in usu sunt. (3)

S. LII.

(1) Davanz. *lettio. „ delle monete „ impress.*
post. libr. „ dello Scisma d'Inghilterra „ Edit. Pa-
duan. 1727.

(2) Lock „ del giusto prezzo delle cose e giusta
 valuta delle monete „ *Ex Anglicano in Italicum
 idioma versus, & eruditissimis animadversionibus
 auctus ab Excellentiss. Viro Estrur. Duc. a Confi-*
lliis Angelo Tavanti, & Io. Francisco Pagnini.

(3) *Vid. etiam contra Monetarios Falsos in Zeca-*
ebae Magistratus existentem legem 5. Septembr. 1496.

§. LIII. Diversis aliis falsitatum generibus poenas irrogari manifestum est a rebus Statuti nostri Rubricis, ideoque severe puniuntur negantes consanguinitatem, Notariatum, vel officium, Nuncii facientes citationes falsas, testes nomen suum non dicentes, inducentes falsos testes, falsumque testimonium deponentes, committentes falsitatem *in croco*, falsificantes *ceram*, *vel ceream*, falsitatem committentes in arte lanae, tabulariorum falsatores, aliquie, qui eiusdem Tertii Libri Statutorum diversis in Rubricis memorantur. (1)

§. LIII. Pecuniariis poenis omnia haec delicta iuxta Statuti nostri dispositionem puniuntur; lege vero anni MDCCXX. cautum est, ut secundum iuris Communis regulas in huiusc criminis reos poenae dicerentur; quaeque fuerint falsariorum poenae apud Romanos in quodam Bartholomaei Melchiorri Veneti Iurisconsulti non spernendo tractatu „De periurio & falsitate“, invenire possumus.

P

§. LIV.

in libro qui dicitur „liber vetus“ pag. 162. & consule Caball. resol. Crimin. cas. 191. per tot. „qui refert decretum Officialium Magistratus Monetae diei 17. Septembris 1469. quo cavetur pecuniaria & corporali poena usque ad mortem puniendum esse eum qui tondit monetas, & infra ipsas memoratas Rubricas illustrat.“

(1) *Vid. Rub. 133. usque ad Rub. 143.*

§. LIV. Ob publici illius maleficii frequentiam, quo aedificiis vel aliis rebus contra publicam securitatem ignis subiiciebatur, atque excitabatur, Castrensis in suo Codice Rubricam CXLIV. De poena immittentis ignem in aliquod aedificium „, ap- posuit.

§. LV. Frequentia huiusmodi delicta apud Florentinos fuisse conflagrationes illae & incendia demonstrant, quae Carminatores pro Michaelis Landi potentia substinenda in adversariorum potentium domos excitarunt; notissima incendia sunt, quae iam antea Amideorum & Buondelmontium, Cerchiorum & Donatorum factiones moverant. (1) Hic loci advertendum est Statutum cavisse, ut ii, qui tam atrox crimen committerent, ignis poena plesterentur, cuius sane poenae diu usus invaluit, & nostris temporibus poenae obeundae caussa incendiarii, Homicidii vulgo qualificati reis equiparantur. Haec vero omnia intelligenda sunt de incendio dolo vel lata culpa commisso, secus enim iuxta dispositionem Rubricae LXXII. Libri II. nostri Codicis Florentini de Incendiis „, & Legis VIII. Martii MDLXXXIV. damnum, quod ab incendio fortuito factum est, a Communi, sive Oppido, in quo incendium ipsum exar det, instaurandum est.

§. LVI. Damni iniuria dati ademptione

(1) *Machiavell. Histor. Lib. 2. &c. 3.*

ne sive diminutione alicuius Patrimonii pos-
nam constituit Castrensis in Rubrica **CXLV.**
De poena studiose damnum vel *vastum*, „fa-
„cientis. „

§. LVII. Haec vero Rubrica nullius
ponderis apud nos est, habita ratione le-
gis in Supremo Magistratu **VII.** Septembbris
MDCLXXXVIII. exaratae, a qua renovata
illa potissimum est **xv.** Decembris **MDLI.**,
a quibus omnibus huic Rubricae derogatum
invenimus, De procedendi demum ratione
in damni iniuria dati caussis legem **xii.** Ia-
nuarii **MDCCCLXXV.** consulere opus est.

§. LVIII. In usu autem adhuc sunt
Rubricae, a quibus in turbatae possessionis
reos poena statuitur in Rubricis, „**CXLVI.** de
„poena intrantis possessionem alicuius &
„violentiam committentis, & iniuriam in-
„ferentis habitibus tenutam a Communi
„Florentiae „**CXLVII.**, „De poena interdi-
„centis alicui aliquam terram „; quae duae
Rubricae a Cardinali Tuscho in suo commen-
tario quodam practico more illustrantur. (1)

§. LIX. Inter cetera delictorum gene-
ra, quae in Libris **XLVII.**, & **XLVIII.** Dige-
ctorum referuntur, in iis, quae sequuntur,
Rubricis duo a Statuto nostro commemo-
rantur „ Furtum scilicet, & crimen ter-
„mini moti. „ Quod vero attinet ad eam
alicuius rei mobilis contrectationem lucri

(1) *Tuscb. Conclus. 397. lib. 7.*

faciendi caussa, dolo malo invitoque domino factam in nostro statuto descriptam invenire est in Rubricis CLX. De poena facientis furtum de „ Avere alicuius Communis, „ Comitatus vel *districtus* Florentiae CLXI. „ De poena Officialis aufugientis cum pe- „ cunia Communis Florentiae seu eam de- „ positantis aut *Cambiantis*. „ Harum ve- ro Rubricarum titulus praecipueque secun- dae mirum in modum non simplicis furti, sed potius Peculatus qualitates demonstrat.

§. LX. De furtis celeberrimā hodie extat lex anni MDCXC¹. quam sane nimia crudelitate exaratam fuisse merito censem- dum est. Notandum vero existimo in ea, ne casum quidem ullum, qui oriri aut evenire possit, praetermissum esse. Ipsam po- strem de Furtis materiem tractant. „ Di- „ versi Ordines Criminales anni MDCCXLIV. „ a quibus praecepue lex anni MDCXC¹. au- „ getur & confirmatur. (1)

§. LXI. De his, qui dolo malo termi- nos finium caussa positos evellunt, effodiunt, perpellunt, deiiciunt, avertunt, exarant, & quomodocumque transportant, loquitur Rubrica CLXIX. „ De poena amoventis termi- „ num. „ Aliae huius Libri Rubricae variae sunt Nationis Florentinae peculiares consti- tutiones, ex quibus magis magisque eruitur quo

(1) *Vid. Ordines Criminales anni 1744. §. 12.
13. 14. 15. 16. e 17.*

quo paſto Florentini ipſi propriam felicitatem ſecuritatemque curarent; ab ipſis enim proviſum eſt, ut delicta omnia ſevere punirentur, ut criminum auctores, a quibuslibet de Populo & Universitate perſequerentur, ipſique tandem rei condemnedati in quodam libro, qui „Maleabbiatorum“ dicebatur, tanquam in ſpeculo appingerentur; Huius vero *Maleabbiatorum* nominis veram; & accuratam ſignificationem penes infimae latinitatis *Glossographos* invenire non potui.

S. LXII. Hae Rubricae nullius usus
habentur. Nam, si de iis sermo sit, quae
pro variis Reipublicae circumstantiis latae
sunt, notum est a Statuto nostro vetitum
esse „ proiicere lapides de nocte in marmo-
„ re S. Io. Baptiste & S. Reparatae; (1)
„ statutas fuisse poenas contra eos, qui no-
„ ñtu deambulabant; & contra eos „ (2)
qui citharizabant vel faciebant mattinatam
(3): & in eos tandem, qui machinam vel
trabuccum faciebant. Si de iis vero loqua-
mur Rubricis, quae omnibus bene ordinatis
Rebuspublicis convenient, a subsequen-
tibus legibus istae sublatae omnino sunt.
Et sane quamvis permulta de Bannitis in
hoc Statuti nostri libro tertio tractentur;

P 3 hodie

(i) *Rub.* 166.

(2) *Rub.* 191.

(3) Knb. 192.

(1) hodie tamen ius, quo circa *Bannitorum* persecutionem utimur, in lege xxxi. Octobris MDCXXXVII. continetur. (2) Poena pro occidentibus columbis constituitur, (3) & super eos, qui quocumque armorum generae Columbos interficiunt, posteriores pariter leges existunt. (4) Per multa quoad vetita arma a Statuto praescribuntur; (5) ast circa armorum materiem generalis armorum lex xxvii. Ianuarii MDCCXXXVII. videnda est, idemque afferendum videtur de ceteris, quae in eodem libro continentur.

S. LXIII. Haec sunt, quae in prima tertii libri parte statuantur. Legum Criminallium secunda pars a Castrense inscribitur „ De cessantibus & fugitivis cum rebus & „ pecunia alienis „ ipsaque leges Florentinae Reipublicae potissimum conveniebant habita ratione commercii ac fidei, quae in commercii ipsius exercitio adhibenda est. Has vero leges, quae de cessantibus & fugitivis in hoc tractatu continentur, eos tem-

po-

(1) *Vid. statut. a Rubr. 153. usque ad Rub. 165.*

(2) *Compendio di più e diversi ordini Criminali pubblicati fino al giorno presente per la distruzione de Banditi, Assassini di strada, Omicidiari ed altri delinquenti con loro dichiarazioni ed aggiunte „ talis est legis titulus.*

(3) *Rub. 187.*

(4) *Lex 1. Octobris 1733. cui derogatum est ab alio XI. Mensis Augusti anni 1768.*

(5) *Vid. statutum a Rub. 187. usque ad Rub. 190.*

pore exaratas fuisse constat, quo Florentinorum commercium florere maxime incipiebat, idque factum est anno MCCCXCIII.

§. LXIV. Hoc de cessantibus statutum Vetus mercatorum statutum postea dictum fuit, & uti in prima dissertatione nostra ostendimus anno MCCCCXCVI. renovatum, novumque mercatorum statutum appellatum fuit; ex his deinde tum *veteris* tum *novi* Codicis legibus Magni Etruriae Ducis Francisci Medicis iussu anno MDLXXVII., illud quo hodie utimur diversorum illustrium Ci-vium Florentinorum cura, Italico sermone compilatum fuit. (1)

§. LXV. Ius vero, quod circa obaeratos hodie in usu est, continetur in lege xx. Aprilis MDLXXXII., a qua partim derogatas, partim confirmatas esse Mercatorum Statuti leges invenimus; idque demonstrant acerrimae poenae in ea constitutione contra obaeratos irrogatae & infamia, qua obaerati illorumque filii & posteri merito notantur.

§. LXVI. Ad tertiam postremo huiuscet
tertii libri partem progrediamur, cuius ge-
neralis titulus est „ Tractatus ordinamento-
rum Iustitiae contra Magnates. „

§. LXVII. Magnates, uti in prima dis-
sertatione advertendum duxi, ii vocaban-
tur, quos maioriua nobilitas commendabat,

P 4 pri-

(1) *Vid. Prooemium Statuti Mercatorum & pri-
mam Dissertationem §. XCIII. & §. CXLVII.*

primumque Reipublicae ordinem constituebant; post eos enim duplex erat Populi ordo, in quorum altero, qui ditiores potentioresque erant, in altero vero ex infima Plebe homines numerabantur. (1)

§. LXVIII. Populus igitur, qui ex his duobus ordinibus componebatur, hostili odio Magnates prosequebatur, eoque potissimum tempore, quo illa exarsit coniuratio, cuius Dux erat *Ianus della Bella*, eas leges Magnates accipere coacti sunt, quae populi ipsius potentiam in Republica summopere auxere, ipsarumque legum executionem illi, qui dicebatur „*Ordinamento rum Iustitiae Executor* „, populus ipse commisit.

§. LXIX. Qui fuerint penes Florentinos Magnates ex nostro etiam statuto patet, & in eo, quae fuerint eorum familliae pro variis Urbis quarteriis disperitiae, a Statuto ipso enumerantur. Magnates erant Nobiles; non vero unum idemque erat nobilium & Magnatum gradus & dignitas, quidquid sit, quod in ipso statuto Nobilium & Magnatum nomina saepe numero indistincte accipientur. Scitu enim est huiusc opinionis veritatem ex quadam hu-

(1) *Bratus Historiar. Florentin. lib. 1. pag. 3.*
Edit. Iunctae. Macchiavell. Historiar. lib. 2. Vid.
primam dissertationem §. LIII. & LIV. & § LXXVI.
& dissertationem quintam §. XI. & §. XII.

huius tertii tractatus Rubrica ortuī habuisse, quae inscribitur „ Nobiles & potentes satisdare debere uti Magnates „ quadere iure meritoque asseri potest Nobiles atque potentes, qui in satisdationibus Magnatibus aequiparabantur, a Magnatibus ipsis diversos omnino extitisse.

§. LXX. Erant aliqui ob eorum familiae dignitatem Magnates dicti, qui, si in populariū numerum adscisci voluissent, propria arma ab ipsis mutanda erant aliaque assumenda, quae ab illis, quae eorum coniuncti Magnates servabant, omnino differrent, de quibus omnibus aliisque solemnitatibus ea occasione perficiendis liber quidam in Reformationum Archivo existens pertractat. (1)

§. LXXI. Notandum hic vero existimmo Magnatum dignitatem, Nobiles, Plebeios, Artifices & Agricolas consequi posse. Hi vero omnes Magnatum gradus iuxta Florentinae Reipublicae opinionem infamiam potius quam honorem afferebant, habita potissimum ratione caussarum, quibus permulti ad Magnatitiam qualitatem perveniebant. Fiebant enim Magnates homicidae, benefici, bonorum raptores, fures,

(1) Publico contratu gerenda erat Magnatis in popularem coetum translatio apud Florentinos, usi liquet ex libro XXVIII. cuius est titulus „ Libro de' Capitoli „

res, qui vindictam dolose & inopportune in aliquem gerebant, Incestuosi, Adulteri, Stupratores, Poedicones, qui vim honestis Foeminis inferebant, *Affassini*, qui in privato carcere aliquem detinebant, aliorumque similium delictorum rei, qui in his huius tertii libri Rubricis memorantur; si tandem Magnates ipsi huiusmodi enormia delicta commisissent, *supragrandes & supramagnates* dicebantur.

§. LXXII. Nemo ex Magnatibus popularis fieri poterat, nisi id a Prioribus duodecimque *Bonis viris* obtinuissent; Magnates postremo, qui in eorum domibus satellites vel affecias habebant, cautionem praestare tenebantur de delictis, quae a Satellitibus & eorum affecis ipsis committi poterant.

§. LXXIII. Nefas erat Magnates contra populares testimonium dicere, nisi ipsorum necessaria esset assertio, quo casu, ut fidem haberent, ab ipsis Prioribus, ut ipsum dicerent testimonium Magnates, assensus praestandus erat. Eo in loco morari non poterant Magnates, quo muneric sui causa Iustitiae Vexillifer esset, ipsis etiam sine armis e domo egredi non licebat e tempore, quo aliquis popularis seditio exardebatur, quo in casu ad Magnatum dominus se conferre popularibus etiam vetitum erat. Prohibebatur demum Magnatibus cumque familiaribus adesse mortuorum fune-

neribus, Monialium dedicationibus, Spon-
salibus & Matrimoniis, nisi ipsorum Ma-
gnatum sanguine coniuncti fuissent Mortui
Moniales Nubendaeque.

§. LXXIV. Crimen committebant Ma-
gnates qui in Urbe Florentiae Palatium,
domum, Turrem vel alia aedificia acquire-
bant, quae prope Urbis Pontes sita essent,
ac dummodo contra hanc Communis le-
gem memorati generis res emisissent; empta
Communis Florentiae Camerae addice-
bantur.

§. LXXV. Non poterant tandem Ma-
gnates publica gerere officia, novem se-
quentibus magistratibus exceptis, in qui-
bus varia munera exercebant. Nam qua-
tuor Magnates ex omnibus, uti aiebant,
quarteriis Communis Florentiae Consilio
praeerant, unus decem inter *Baliiæ Officiales*
eligebatur; inter Communis Quaestores
unus; Inter *Officiales*, uti aiebant, „*di Condotta*“,
„unus“, „unus inter Carcerum Praefec-
tos, unus inter Gabellarum Contractuum
Officiales; unus inter *Officiales*, uti aie-
bant „*dei difetti*“, „unus tandem pro quoli-
bet Praeturae gradu.“

§. LXXVI. Quae cum ita sint infi-
ciandum non est Reipublicae Florentinae
regimen penes populum tantum mediaeque
conditionis Cives extitisse. Neque enim
perfecte Democraticum appellari poterat

re-

regimen illud, in quo aequalitas, quae est Democratici Regni suprema lex nunquam servata fuit. Nam Democratico in statu quemcumque Civium Principem, quemcumque Civium subiectum esse innotescit.

§. LXXVII. His omnibus, in nostris ad Statutum animadversionibus adnotatis, supereft ut videamus, quam habuerint originem poenae, quae a legibus Florentinis reis irrogabantur.

§. LXXVIII. Vídimus tria poenarum genera praecipue apud Florentinos in usu fuisse, mortis scilicet, membrorum amputationis, & pecuniarias, talique pacto triplex erat penes medii aevi populos poenarum ordo.

§. LXXIX. Quod ad mortis poenas attinet, uti apud Florentinos a Visigothorum legibus *Vivi comburium* receptum erat; (1) qui etiam, uti Florentini, aliquando *Fusigationem* praemittebant. (2) Commune medii aevi populis & Florentinis fuit *suspendum* ex patibulo vel arbore, (3) capitisque *amputatio*. (4) Apud Florentinos vero lapi-

da-

(1) Leg. *Visigoth.* tom. 4. §. *XIV.*

(2) Ibid. lib. 3. tit. 2. §. 2. & lib. XI. tit. 2. §. 1.

(3) Leg. *Salic.* tit. *LXXX.* §. 1. & seqq. & tit. *XXIX.* §. 9.

(4) Leg. *Saxon.* tit. II. §. *VIII.* & *IX.* Tit. III. §. I.

dationis & suffocationis in aquis poenam
reis inflictam nunquam fuisse invenio.

§. LXXX. Praeter vitam nihil homini
membris suis eorumque integritate carius
est, quum sine iis non possit nisi miserum
trahere spiritum, vitamque morte ipsa acer-
biorem agere; hinc & in membrorum
amputatione poenam consistere voluerunt
Florentini, praecipueque in manuum &
pedum mutilatione; duriores porro erant
antiquitus poenae, quae in membrorum
abscissione consistebant apud Wisigothos,
Burgundiones, Frisios aliosque Septemtrio-
nis populos, qui in Italia dominati sunt;
Manus enim non solum & pedes ampu-
tabant, sed oculos etiam effodiebant; (1)
aures abscindebant, (2) aureorum *scalpel-
latio* (ita vocabatur apud Longobardos) ge-
rebatur, (3) virilia demum resecabant. (4)

§. LXXXI. Omnia tandem frequen-
tissima apud Florentinos fuit pecuniaria poe-
na, vel quae in bonorum iactura consiste-
bat. Ac primo quidem aliquando universa
sub-

(1) *Leg. Wisigoth. lib. II. tit. I. §. VII.*, & *lib. VI. tit. III. §. VII. leg. Baivo lib. I. cap. 6. §. I.*
leg. Longobard. lib. I. tit. XXV. §. LXI.

(2) *Vid. leg. Frisi addit. Tit. XII.*

(3) *Vid. leg. Longobard. lib. I. tit. XXV. §.
LXI. & LXVII. ubi confer. Leg. Wisigoth. lib. XII.
tit. III. §. IV.*

(4) *Vid. leg. Wisigoth. lib. III. tit. V. §. VII.*
leg. Frisi addit. Tit. XII.

substantia reo eripiebatur, & propinquis vel Fisco vel utrisque addicebatur. (1)

§. LXXXII. Plerumque tamen ob atrociora delicta & Fiscus poenam Fiscalem, quae erat penes Longobardos „ *Fredum*, *Bannum*, *Compositio Regalis* „ irrogabat & laesus vel eius familia „ *compositiōnem*, aut *Wergeldum Faidam* „ capiebat ; & quidem vel certam solidorum summam vel duplum vel triplum. (2)

§. LXXXIII. Ceterae Florentinorum poenae, fuerunt „ *Fustigatio sive Flagellatio*, „ *additio rei in servitutem*, *exilium*, „ *infamia*. „ Quamquam demum perpetuicarceris poena antiquis Romanis, (3) illegitima videretur, eam tamen non absurdam esse existimarunt Florentini, maxime si crimen capitale non haberetur, & Reipublicae etiam interesset reo non permitti vagandi licentiam, ubicumque vellet, veteraque flagitia novis quotidie cumulandi. Hae vero omnes poenae pecuniaria, non sine publicae securitatis dispendio, redimebantur. Haec vero omnia non mediocri quidem diligentia illustrata videnda sunt a Thoma Salvettio, qui ad tertium hunc
ma-

(1) *Vid. leg. Wisigoth. lib. II. tit. I. §. VII. leg. Longobard. lib. I. tit. I. §. I. & seqq. lib. II. tit. VIII. §. V.*

(2) *Vid. leg. praecipue Wisigothorum.*

(3) *Leg. 8., & 9. §. 9. leg. 35. ff. de poen.*

239

maleficiorum librum non paucas animad-
versiones confecit. (1)

(1) Thomae de Salvettis *qusestiones, declarati-
ones & Practicæ ad Librum tertium Statutorum
in materia Maleficiorum, leguntur in Manu-
scritorum Catalogo Venetae Bibliothecæ Nani in
lucem edito anno 1776. sub num. 29.*

Finis Tertiae Dissertationis ad Statutum.



AD.



A D Q U A R T U M
S T A T U T O R U M
L I B R U M



D I S S E R T A T I O.

Vidimus in anteacta Dissertatione nostra, quo pacto Florentini Rempublicam contra facinorosorum hominum conatus defenserent; Ut vero magis magisque ad Urbanitatem Rempublicam ipsi informarent, diversas alias constituere leges illis opus fuit, a quibus Urbis munditiae, ornatui viarumque conservationi variisque aliis politiae generibus provideretur.

§. II. Permulti erant Magistratus, qui

va-

241

varia haec politiae genera moderabantur,
quorum officia & obligationes in primo hu-
ius quarti libri tractatu describuntur.

§. III. Usque ab anno MCCCLXIV. ho-
rum Magistratum extat memoria, iique
fune. I. Officium Dominorum omnium Ve-
ctigalium. II. Officium Turris. III. Officium
Bonorum Rebellium. IV. Officium Molen-
dinarum. V. Officium Maris. VI. Officium
Viarum, Pontium & murorum.

§. IV. Vectigalium omnium Officiales,
alio nomine redditum & expensarum Com-
munis Florentiae Moderatores nuncupati,
(1) idem obtinuere munus, quod in Ro-
mana Republica tributorum Exactores ha-
bebant; de cuius Magistratus iure & obli-
gatione mentionem non solum gerunt Hi-
storici, sed ipsius etiam Magistratus aucto-
ritatem Iustiniane Corporis Rubrica „ de
Tributorum Exactoribus „ declarat.

§. V. Turris Magistratus antiquitus
suam iurisdictionem super iis exercebat,
quae immediate Florentiae Commune re-
spiciebant. Suum erat munus alienandi,
locandi aut cum alio quovis contractu di-
sponendi de bonis, quae in Communis do-
minio reperiebantur, impetrata facultate a
Vexillifero Iustitiae duodecimque bonis Vi-
ris Communis, uti demonstratur quamplu-

Q

rimis

(1) *Vid. librum vulgo „ Lunae „ in Capitanee-
rum Partis Archivo existentem pag. 19. t.*

rimis ex Reformationibus, maximeque illa-
xxiii. Octobris MCCCXLIX., in qua praeci-
pue cautum fuit, ut Turris Officialibus tra-
deretur ius ea sublocandi bona, quorum
possessionem domini utiles, pestis tempore,
ob non solutum canonem amiserant, habi-
taque ratione haud solutorum, debitum ipsi.
Officiales Turris componerent. Haec vere
reformatio illius vulgo *Lunae* libri cetera-
rum antiquissima extat. Et revera ex ipsa
reformatione aliisque ceteris, quae sequun-
tur, ostenditur Turris *Officialis* alio etiam
nomine nuncupari, ipsoisque ob id statutos
fuisse, ut ipsi Florentiae Communis iura,
Bona, Domus, Vias, Plateas, Census, tri-
buta, Canones inquirerent, super quibus
omnibus exortas dissensiones cognoscebant,
ipsoisque Artium Piores iudicabant, uti
patet ex quodam ipsius reformationis capi-
te, in quo ipsi Communis debitores *Officia-*
lium etiam Turris debitores appellantur. (1)

§. VI. Bonorum rebellium Magistratus,
de quo pariter in prima huius quarti libri
parte differit, officium fuit *incorporandi*
Communis Florentiae nomine bona illorum,
qui cessantes a factionibus Communis dice-
bantur, sive ob maleficium exilio aut ca-
pite damnati fuerant. Quae cum ita sint,
palam est Bonorum rebellium Magistratum
maiorum habuisse antiquitus auctoritatem
illa,

(1) *Vid. lib. Lunae pag. 1. &c. 2.*

243

illa, qua hodie Fisci Tribunal utitur. Fiscus enim, eo solum casu sibi rebellium bona addicit, quo Capitanei Partis, qui antiquum Rebellium Officium repraesentant, bona rebellium incorporarent; quadere sequitur Fisci Tribunal bonorum publicatorum habere dumtaxat depositum, Capitanosque Partis ea *incorporandi*, aequo alienum in iis constitutum solvendi curam sibi vindicare. (1)

§. VII. De Molendinorum Officio etiam in nostro quarto libro tractatur, ad quod Annonae regimen pertinuisse credere facile est. Maris vero Magistratus negotia ad Navigationem & Mercaturam spectantia gerebat, quae omnia iure meritoque Florentinam Rempublicam ad summum dignitatis & potentiae duxere gradum; ob eam enim rem Maris Consulatus, uti in prima Dissertatione notavimus (§. c.) institutus fuit in celebrioribus Europae Civitatibus, praecipueque Orientis in portubus, ad quos naves Florentinis mercibus oneratae mittabantur, uti constat ex quodam Membran-

Q 2 na-

(1) V. MSC. cuius est titulus „Risposta all' Istruzione dell' Illustrissimo Sig. Auditore Pompeo Neri per l' Università dei Sigg. Capitani di Parte Guelfa, ed Uffiziali dei Fiumi della Città di Firenze", apud Clarissimum Senat. Io. Baptissam Clementem Nelli in sua Bibliotheca.

naceo libro in Capitaneorum Partis Guelphae Magistratu existente, in quo leguntur Consules, qui variis temporibus, diversis in Emporiis pro Communi Florentiae immorati sunt.

§. VIII. Viarum postremo, Pontium, murorum Magistratus antiquus pariter erat, & ob suam non solum iurisdictionem, quam exercebat, sed ob suam etiam dignitatem, fuit celeberrimus. Florentina enim Respublica Romanae fortasse aemula statuit, ut publicarum viarum cura penes distinctum Magistratum esset, quique eumdem compонerent, viarum Moderatores dicerentur. De his viarum Curatoribus Historici omnes loquuntur; quo tamen tempore Magistratus institutus fuerit, incertum est, dubitarique solum potest eum anno MCCXXXVII. creatum fuisse; Illo enim aeo Ioanne Villonio & Simone de Tosa (1) testibus, Urbis suae vias lapidibus sternere Florentini incooperunt; antiquius demum huiusc Magistratus monumentum est quaedam xxv. Augusti MCCCLVIII. reformatio, a qua viarum Magistratui, ut Arni Fluminis murus perficeretur in Urbe, cura committitur. (2)

§. IX. Hi Magistratus omnes ante An-

(1) V. Collationem Variarum Chronicarum a Dominico Maria Mansio exaratam pag. 134.

(2) Vid. lib. Lunae pag. 5. t.

Annum MCCCLXIV. propria iura separatim exercebant; eiusdem vero anni lege diei I. Junii, Prioress Iustitiaeque Vexillifer cogitarunt eadem officia anteactis temporibus magnum Civium numerum occupasse, inutilesque atque superfluas attulisse Reipublicae impensas, & ob negotiorum deficienciam nullo fere ardore propria munera exercuisse, ideoque optimum putarunt legem condere, ut quinque illi Magistratus Turris Magistratui adiungerentur, qui postea Turris, Bonorum Rebellium, & quinque rerum dictus fuit, uti patet ex illa Reformatione relata in quarto statuti nostri libro *in Rubrica prima per totum*. Quadere sicuti Romae etiam eo aevo, quo illius Reipublicae nomen summo in honore habitum erat, publicarum Viarum conservatio, vestigialium exactio, publici aerarii administratio, in Criminis alicuius reos animadversio, Templorum cura & similia Reipublicae munera aliquando varii Magistratus gessere, & aliquando ipsa cumulatim Censores ministrarunt; haud secus Florentiae actum est eo aevo, quo illorum Magistratum cura universa Turris Officilibus demandata fuit. Hic vero Magistratus iure meritoque Romanis Censoribus aequiparandus videtur.

§. X. Hic loci advertendum est *Turris Officiales* nescio qua de causa, venientibus

Q. 3 tibus

tibus temporibus, rebellium bona haud amplius ministrasse. Anni enim MDXXIX. exstat lex, qua statuitur Reipublicae interfusse, ut novus Magistratus crearetur, qui de bonis publicatis decerneret, ideoque antiquus ille Bonorum rebellium instauratus fuit, qua occasione quadraginta & quatuor leges constitutae sunt. (1) In ipso enim, uti aiunt, Lunae libro quadraginta & Octovirum Consilii decretum invenimus, (2) in quo Duci suisque Consiliariis ius conceditur quatuor Officiales bonorum Rebustum constituendi. Parum sane novus rebellium Magistratus duravit; nam Turris Officialibus, ut amissa potentia sibi restitueretur, exposcentibus, Reipublicae Dux illiusque Consiliarii decrevere, ut novus Rebustum Magistratus supprimeretur, omnisque potestas Turris Officialibus traderetur, idque die XXVI. Ianuarii Anno MDXXXVIII. cautum est. (3)

§. XI. Eo quidem aeo, quo Turris, Bonorum Rebustum, & quinque rerum Officiales florebant, summo etiam in honore Capitaneorum Partis Guelphae Magistratus habebatur, qui, ut vidimus in secunda Dissertatione nostra (§.civ.) anno MCCLXVII.

crea-

(1) Vid. lib. Lunae pag. 269 & 290. in quo servatur lex anni 1529.

(2) Pag. 296.

(3) Vid. lib. Lunae pag. 298. f.

creatus fuerat; defecto vero vel saltem im-
minuto Ghibellinorum fervore exercendae
iurisdictionis occasio Guelphae Partis Capi-
taneis etiam defuit; quadere ut tam cele-
bris Magistratus diutius maneret potestas
& dignitas anno MCCCCCLXXXI. sanctum fuit,
ut Turris *Officialibus* Maris Consulatus offi-
cium tolleretur; (1) huiusque rei auto-
ritatem deinceps Guelphae Partis Capitanei
exercerent. (2)

§. XII. Tractu temporis inspecto mino-
ri Communis dispendio, habitaque ratione
paucarum rerum, quas Turris *Officiales* &
Guelphae Partis Capitanei gerebant, ipso-
rum Magistratum unionem anno MDLXIX.
Magnus Etruriae Dux Cosmus I. Medices
mandavit.

§. XIII. Hinc factum est, ut post unio-
nis legem Partis Magistratus praeter Ca-
pitaneorum Partis, *Officialium* etiam flumi-
num munus gereret, neque amplius Prio-
res, vulgo „ *del denaro* „ , ac secretarii
vulgo „ *di credenza* „ , in posterum elige-
ren-

Q 4

(1) *V. „ leg. ann. 1481. in libro quedam Con-
sulum Maris pag. 238. s. „ legis ratio tali pacto
in ea declaratur „ E perchè il Magistrato dei
„ Capitani di Parte Guelfa, che già era in gran-
„ diffissimo credito nella Città nostra, è venuto in
„ gran bassezza &c.*

(2) *De Consulum Maris origine V. primam Dis-
sertationem §. XCIII.*

rentur, uti in libro *Lunae* videre est. Nam iuxta Unionis legem Partis Guelphae Magistratus se gubernavit, gerensque adhuc *Officialium* Turris iura & obligationes, Castris, Turribus arcibusque eum praefuisse innotescit, & in peculiari illius Magistratus Archivo hodie etiam asservantur expensarum libri, quae cum antiquis tum recentibus temporibus pro Castris instaurandis & muniendis Florentini perfecere; paucis vero ab hinc retro annis huius munericura, iis qui rem militarem omnino gerunt, relictā est. Hodie etiam Partis Magistratus Maris Consules eligit iis in locis, in quibus adhuc Florentini Mercaturam exercent, Festivis ludis publicisque spectaculis praest, Viarum Urbis, *Comitatus* & *districtus* Florentiae conservationem curat Pistorio, Pisis, Senis, & Pontremulensi Oppido exceptis, Fluminum, Pontium & Mūrorum curam gerit, Alpium pariter Apennini, Arborum glandiferarum, Ulmorum pinorumque conservationem iubet, ius habet & privilegium cognoscendi de controversiis & publica & privata aedificia respicientibus; ideoque lites de damno iniuria dato, de incendiis, de stemmatis gentilitiis declarat; statuit quae spectant ad proventus Platearum, locorum publicorum, fluminum, triectuum censuumque; ipsius demum Magistratus cura est, ut recte rebellium bona

mi-

ministrentur, ipsaque ob dotales rationes
aliave credita distrahantur.

§. XIV. Tres etiam, uti aiunt, *Congregations* in hoc Magistratu variis tem-
poribus creatae sunt; quarum una Pontium
& viarum appellata est. Ipsa enim anno
MDCCLXXVII. constituta est, ut iurisdictionis
dissidia tollerentur, quae novemviros inter
(1) & Capitaneos Partis exoriebantur, &
haec ideo Congregatio ex Capitaneorum
Partis Provisore, & Novemvirum Super-
syndico composita omne opus Viarum, Pon-
tiumque campestrium instauraciones ut age-
rentur, curabat, ius dicebat iis, qui pro
damni reparatione obtinenda ad eam con-
fugiebant, suarum legum Violatores punie-
bat; his enim in rebus decisionem, nulla
habita ratione Partis Magistratus, profero-
bat.

§. XV. Duae aliae *Congregations* in
eodem Magistratu, ex Ecclesiasticis & lai-
cis personis compositae, constitutae sunt,
quarum una Arni Fluminis aggeribus &
aliis Vallis Arni superioris fluminibus, al-
tera autem Arni pariter operibus aliisque
Vallis Arni inferioris Fluminibus praeerant,
ipsaeque *Congregations* ea tantum de ca-
uitta a Florentiis constitutae sunt, ut lites
pacarentur, quae inter eos agebantur, qui
de

(1) *De Novemviris V. primam Differt. §. CXLIII.*

de damno vel lucro, quod flumina afferre
continuo solent, participabant.

§. XVI. Quum vero nostris temporibus Petrus Leopoldus Magnus Etruriae Dux sapientissime cogitaverit, ut negotia, quae Partis Magistratui, Fluminum *Officialibus*, Novemvirum Magistratui diversisque aliis Congregationibus spectabant, ab uno tantum Magistratu tractarentur, ideo omnibus iis Tribunalibus in unum collatis & antiquis eorum nominibus deletis, Camera, uti aiunt, Communium, locorum piorum, viarum, fluminum, Turris *Officialibus*, Officio bonorum Rebellium, Officio Moletrinorum, Officio Maris, Officio Viarum, Pontium & Murorum, & Capitaneorum demum Partis Magistratui, anno MDCCCLXIX. successit. (i)

§. XVII. *Officialium Turris, Bonorum Rebellium & quinq[ue] rerum constitutis legibus*, aliae quae sequntur, leges secundae huius quarti libri Partis alii convenient *Officio*, qui super Contractuum *vectigalibus* jurisdictionem habebat; hodieque etiam *eamdem servat auctoritatem & nomen*, quod obtinuit anno MCCCXVI., quo creatus fuit.

§. XVIII. Ut vero latius pateat, quae fuerit Contractuum *vectigalium origo*, quaque de causa illud, quod hodie exercet, officium habuerit, sciendum est, annis MCCCXV.

&

(i) *Vid. leg. 22. Iunii 1769.*

& MCCCXVI. Huguccionem Fagiolensem, ob victoriam in Montiscatini agris in Florentinos reportatam superbum, immensa crudelitatis exempla contra Florentinos ipsos prodidisse, quorum tristis enarratio apud Scipionem Ammiratum (1) legenda est. Castruccius deum Castracanius & Lucensis & Pisanae Reipublicae, a Principatu expulso Huguccione, harum illustrium Rerum publicarum Principatum usurpavit. De tam laeta victoria Florentinorum Urbs gavisa est; ipsum enim Huguccionem, uti primum Reipublicae hostem, illi praecipue metuebant, qui licitorum infamem Ducem Landum ab Eugenio, Huguccionis inhumanitatis tollendae causa, Florentiam advocaverant. Nam potentiori hoste sublato, sperabant Florentini a Lando ipso facilius de medio tolli posse eos, qui Florentiae Roberti Neapolitani Regis parfem sequebantur, aliorumque, qui Reipublicae regimen occupare cupiebant; ut igitur ad optimum finem haec omnia perducerentur, statutum fuit, ut Officiales vulgo „di Condotta“, Reipublicae impensis ducentos & quinquaginta Equites, & mille & quadringentos Milites scriberent, eaque capta occasione provisum fuit, ut Vexillifer ac Piores maiorem pecuniae numerum pro Vestigalibus exigerent, novaque

(1) Ammirat. Historiar. lib. 5. ad Ann. 1315. pag. 267. & ad Ann. 1316. pag. 269.

que tributa imponerent, idque factum est die xxix. Martii anno MCCCXVI., quo praeципue cautum fuit, (1) ut in posterum Testamenta & Contractus, pro quibus Vectigal solvendum erat, in libro quodam a Notario Florentino signarentur. Hi vero Contractus erant Mutuum, Depositum, iurum cessiones, Venditiones, alienationes bonorum immobilium aliisque permulti.

§. XIX. Contractus, qui Florentiae eiusve in Comitatu gerebantur, intra Mensem insinuandi atque in Libro ad id constituto a Tabellione signandi erant; qui extra Comitatum, sed in Etruria celebrabantur, intra duos; qui in Italia intra tres; qui extra Italiam intra sex Menses; statutae demum sunt poenae contra eos, qui suis temporibus contractuum vectigalia non solvebant.

§. XX. Has leges omnes Castrensis in secunda huius quarti libri parte, ex triginta Rubricis composita, compilavit. Cosmo vero I. Magno Etruriae Duce Magistratus huius generalis *reformatio* anno MDLXVI. exarata fuit, eoque iure hodie etiam Etruriae gentes utuntur. (2)

§. XXI. Descriptis a statuto obligacionibus & iuribus, quae Officiales Turris ac Contractuum Vectigalium Magistratus habebant,

(1) *Ammirat. ad ann. 1316. pag. 270.*

(2) *V. Primam Dissert. §. CXLV.*

bant, nostros ob oculos proponit Castrensis leges, quae diversarum artium Magistratis conveniebant, quibus inspectis legibus haud mirum sane est, si sequentibus temporibus, Florentini in Italia non solum, sed in Orbe universo, in Mercatura exer- citio primum locum obtinuerunt.

§. XXII. Fertur Caroli magni aevo Florentinorum Civitas artium Collegia constituisse (1); quo vero pacto haec incrementum habuerint, tum in prima (§. LXIX. §. xc. §. xci. §. xcii. §. xciii. §. xciv.), tum in quinta (§. xxiii.) dissertatione verba fecimus.

§. XXIII. Eas inter artes, quarum leges in tertia huius quarti libri parte leguntur, Iudicum & Notariorum ars prima recensetur, (2) cuius Magistratus Iudicum & Notariorum Collegium, sive etiam ab ipsis Praefule, Proconsulis Magistratus nuncupatus est. (3)

§. XXIV. Si quis forte certam Magistratus huius originem inquirat, id sane incertum omnino est; illiusque maiorem anti-

(1) *Machiavell. Histor. Florent.* pag. 151. Tom. I. edit. Hayae.

(2) *Ammirat Histor.* lib. 2. pag. 131.

(3) Confer. quae habet Michael Angelus Berti I. U. D. & Proconsulis Cancellarius in regeſt. 69. vulgo filza ab ann. 1741. ad ann. 1746. in Ara cbivo Procons.

tiquitatem ab anno MCCXXX. repetimus.
 Aliunt enim eius Aetatis Historici eodem
 anno in Florentina Divi Ambrosii Ecclesia
 quoddam Sacerdoti cuidam prodigium ap-
 paruisse, cuius rei testimonium proferunt
 post Ricordanum Malaspinam, Ioannem
 Villaniūm (1) & Chronica quaedam apud
 illius Ecclesiae Moniales existentia, & apud
 mensis Maii Bollandistas impressa; qua qui-
 dem re a Civitatis Florentinæ moderatori-
 bus pro certo habita, a Republica statutum
 fuit, ut Iudicūm & Notariorūm Collegium
 Miraculi illius cultum & Religionem promo-
 veret atque curaret, & ideo in ipso Magi-
 stratu servatur liber cuius principium est
 anni MCCXCII., in quo notantur expensae,
 quas illius Miraculi in publica veneratio-
 ne promovenda Proconsulis Magistratus ero-
 gavit. (2)

§. XXV. Anno MCCLXVI. quo cautum
 fuit, ut artium quaecumque suos haberet
 Consules, Capitaneum Vexilliferumque, id
 etiam de Notariorūm & Iudicūm arte &
 Collegio cautum fuit, (3) & anno MCC-
 LXXXII., quo Ciuitatis Florentinæ regimen
 artium

(1) Histor. lib. 1. cap. 8.

(2) Confer. laudatam Relationem Cancellarii
 Procons. Michaelis Berti.

(3) V. Ioann. Villaniūm Histor. lib. 7. cap. 14;
 Ammirat. lib. 2. pag. 103.

artium Piores obtinuere, (1) Henricus Gratias inter eos qui Prioratus dignitatem ex hoc Collegio assequuti sunt, anno MCCCLXXXII. primus fuit, & Henricus Rocchius anno MCCLXXXIV, Iustitiae Vexillifer creatus est.

§. XXVI. Primus Proconsulis & huiusc artis Consulum monumentum est anni MCCCLXXXII., quo tempore initium habuit liber, cuius est titulus „la Coppa“, qui Diarius etiam appellari potest, in quo Consules, qui singulis annis creabantur, descripti reperiuntur.

§. XXVII. Temporibus demum antiquissimis Proconsulis Magistratus propria statuta collegit, quae uti ex veteri ipso statutorum libro eruitur, anno MCCCCXLVIII. exarata fuisse constat. Illa vero statuta legi possent, nisi ob Arni Fluminis inundationem quamdam anni MDLVII. consumpta essent.

§. XXVIII. Quae Proconsulis statuta in usu adhuc existunt, quatuor in libros partita legimus, illarumque compilatio ab octo Iuris Doctoribus atque Notariis perfecta fuit, Principis Francisci Medicis, Cosmi I. Magni Etruriae Ducis, natu maioris consensu, cui iam summi regiminis administrationem Cosmus Pater mandaverat, ipsa-

(1) *V. Primam Differt. §. LII. & quintam §. X.*

ipsaque Proconsulis statuta anno MDLXVI, edita atque compilata sunt.

§. XXIX. In quarto etiam nostri statuti Libro Castrensis quasdam huiusce artis leges collegit; quibus compilatis ad eas referendas se confert, quae diversarum Artium Consulum officia & obligationes respiciebant. Illae enim, uti superius animadvertisimus, anno MCCLXVI. promulgatae generalis Mercatorum statuti partem efformabant, hodieque nullius usus existunt ob novum illud Mercatorum, Magno Etruriae Duce Francisco Medice exaratum, in quo huiusce legislationis novissimum statum inventimus.

§. XXX. Consulum legibus succedunt Constitutiones, quas Florentinae Reipublicae Moderatores pro maiori lanariae artis incremento promulgatae fuerunt, sed harum primam originem in prima iam Dissertatione notavimus (§. xci.)

§. XXXI. Humiliatorum Ordo iam a Pio V. deletus ob facinus illud in Cardinalem Carolum Borromaeum patratum, minimum in modum lanariae artis incrementum primus Florentiae curavit, ut ex illustri quodam Auctore colligimus. (1) Quatuor Urbis loca numerabantur, ubi Florentini Lanificium agebant, e quibus ob maiorem Ar-

(1) „Della Decima, e Mercatura dei Fiorentini Part. 3. sett. 4. cap. 2.

Artificum quietem, ne ipse quidem domino eos expellere minime licebat; vetitum pariter fuit pensionem, quam pro loci illius conductione Artifices persolvebant, augere, nisi artis eiusdem periti, pro ipsis habendis locis maiorem solvendam esse pensionem iudicassent (1); idque hodie etiam in usu est.

§. XXXII. Ut maior esset Florentinae mercis venditio, pannorum quorundam exterorum commercium Florentini prohibuerunt, quorundam in Urbe introitum vestigalibus gravissimis onerarunt; (2) quae sane omnia statuta sunt, ut a maiori nostrarum Artium commercio, illud ceterarum Nationum intra breviores fines coarctaretur.

§. XXXIII. Quoad vero generis huiusce prohibitionis a sapientissimis Viris excoxitatum est, melius omnino esse, exterarum Gentium mercibus liberiorem usum concedere, ne ab exteris ipsis Nationibus nostrarum pariter mercium usus prohibetur; atque hic loci cum Bielfeldio (3) advertendum censeo falsam esse eorum sententiam, qui putant exterarum mercium

R pro-

(1) *Benedictus Dei in Cbran.* pag. 3. post Tract.

„ *Della Decima . . .*

(2) *Stat.* lib. 4. part. 3. rub. 32. 39. 41. & 43.
Boninsegna. Histor. pag. 778. & 779. *Ammirat.*
lib. 16. pag. 842.

(3) *Institution. Politiq.* tom. 1. cap. 13. §. 48.

prohibitionem, earum artium, quae penes eamdem Nationem promoventur, incremento conferre plurimum posse. Nam ea censetur a Politicis ratio, ob quam indigenas inter & exterros Artifices aemulatio cessat, ideoque propriae artis minori animi alacritate curam suscipiunt. Ipsi demum melioris notae publicae Oeconomiae Scriptores arbitrati sunt, has prohibitions generali Nationis & peculiari privatorum Commercio, & navigationi maximum detrimentum afferre. (1)

§. XXXIV. Utiliores inter Reipublicae constitutiones, lanariam artem respicientes, illa etiam recenseatur oportet, a qua cautum fuit, ut nullus Artificum extra propriam Urbem, Artis lanariae exercendae causa domicilium transferre posset; cautum demum fuit, ut nemo lanam, quam dicebant *subtilem*, stamina aliqua arti huic necessaria extra Florentinum Agrum educeret. (2) Hae vero prohibitions, quae hodie etiam apud Anglos sunt (3), laudandae omnino essent, dummodo ipsae Urbem non solum, sed Florentinorum etiam dominium universum comprehendissent.

§. XXXV.

(1) *V. librum cuius est titulus*, p Amy des Hommes tom. 3. chap. 5.

(2) *Stat. lib. 4. tract. de Cons. Artium Rub.* 45.

(3) *Cury Historia Commercii Britannici* tom. 1. pag. 294. Italice versa a Genueo.

§. XXXV. Ob Falsitatis delictum in
lanae arte commissum severas Florentinos
poenas statuisse in tertia iam Dissertatione
monuimus (§. LVI.), sicuti etiam in prima
(§. XCII.) discrimen descripsimus inter eos
Artifices, qui Kallismalae artem, eosque,
qui lanarium solum artem exercebant; eas
autem leges, quae Kallismalae Mercatori-
bus conveniebant, in tertia huius quarti
statutorum libri parte invenire possumus. (1)

§. XXXVI. Lanae Artis tractatu ab-
soluto, ordinis ratio expostulabat, ut leges
aliae & ferici & Cambii artibus conve-
nientes exponerentur; De his vero in no-
stro Statuto ne verbum quidem ullum in-
venio, quique harum originem investigare
exoptaverit, in prima Dissertatione nostra
& ipsarum Artium suarumque legum bre-
vem notiōnem detegit (§. LXXXIII. & LXXXIV.)

§. XXXVII. Lanariae Artis legibus
aliae ceterarum artium succedunt, quae,
uti diximus, Caroli Magni aevo initium
habuerant, primumque obtinent locum il-
iae „de Medicis, & Pharmacopolis „, quae
in nostro statuto, quatuor in Rubricas di-
viduntur. (2)

R 2

§. XXXVIII.

(1) V. lib. 4. stat. Tract. De Consulibus Artium
Rub. 39.

(2) V. stat. lib. 4. d. Tract. de Consul. Artium
& Rub. 52. usq. ad Rub. 55.

§. XXXVIII. Alia sequitur lex „ *de Pellipariis* (1) „ cuius pariter artis maximum erat apud Florentinos commercium. Frequentem enim, Muratorio teste, (2) pellium usum apud Italos universos extitisse comperimus, maximeque apud Florentinos, si fidem Balduccii & Nicolai de Uzanno Chronicis praestemus; haec autem ars illi Coriarorum & Bulgarum Artificum adscripta erat, ipsaque coriarorum ars proprias habebat leges, quae à Castrense sub titulo etiam „ *de Calzolariis* „ referuntur. (3)

§. XXXIX. Haud sane minorem apud Florentinos dignitatem obtinuerat alia *Fabricatorum* & *Linteriorum* ars; ipsi enim Fabri murarii, lignarii & Claustrarii Artifices subiecti erant, horumque omnium leges, quae quatuordecim sunt, in nostro pariter statuto reperiuntur. (4) Artis ipsius Magistratus scrutariorum leges servabat, eaeque nostro in statuto sub titulo „ *de Ferrocchiis* „ continentur. (5) Illius postremo Magistratus cura fuit, ut Propolarum sive,

(1) Rub. 56.

(2) *Antiquit. Med. Aevi Differt.* 25. Tom. 1.

(3) V. stat. lib. 4. d. Tract. a Rub. 73. usque ad Rub. 84.

(4) V. stat. d. Tract. a Rub. 57. usq. ad Rub. 70.

(5) V. Rub. 98. & 99. in eodem Tract. tit. *de Ferrocchiis*.

five, uti aiebant, „Rigatteriorum“ con-
stitutiones exequerentur, de qua arte lo-
quitur Castrensis in tota Rubrica „de Ri-
gatteriis“. (1)

§. XL. Erat haec antiqua Artium Ma-
gistratum politia, Hodie vero, Petro Leo-
poldo Austriaco, Divina providentia, Etru-
riae Supremo moderatore, immutata fere
est. Sicuti enim publicae expediebat utili-
tati, ut omne Florentinorum opus augumen-
tum reciperet, excogitatum non solum fuit,
ut privilegia omnia Artificibus quibuscum-
que concederentur, quae ad excitandam
industriam a Politicis apta censentur, ve-
rum etiam in mentem venit Principi Phi-
losopho, ut Artificum negotia uniformi &
firma methodo regerentur; ideoque diver-
sa Civitatis Tribunalia & Magistratus, qui
ad haec usque tempora super artibus &
Artificum Operibus iurisdictionem exercue-
rant, in unum tantum Magistratum coniun-
gi iusserit. Novus hic Magistratus „Com-
mercii & Artium Camera“ appellatus fuit,
& antiqua eligendi *Officiales* forma subla-
ta, munificentissimus Princeps clarissimis
quibusdam Politicis & Iurisconsultis rerum
agendarum curam demandavit. (2)

§. XLI. Praeter eas leges, de quibus

R 3

dis-

(1) Stat. eod. Tract. Rub. 99. & primam Dis-
sert. §. XCV.

(2) V. Leg. 1. Februarij ann. 1770.

differere opportunum putavimus, in nostro pariter statuto legendae supersunt, quae duobus aliis Florentinae Reipublicae Magistratibus „*Grasciae* „, scilicet „, & *Abundantiae* „, conveniebant.

§. XLII. Diversae etant minores artes, quas „*Grasciae* „, Magistratus gerebat, ac primum *Sartorum* ars nominanda videtur, cuius leges sub titulo „, *De Sartoribus* „, duobusque sub Rubricis reensitae (1) videndae sunt. *Vinariorum* quoque artem *Grasciae* Magistrati Florentinorum Republica subiecit, ideoque diversas constitutiones sub titulo „, *de Vinatteriis* „, *Castrensis* collegit. (2) *De falsamentariis* leges post eas *Vinariorum* in nostro statuto sub titulo „, *de Pizzicagnolis* „, referuntur, quarum pariter *Grasciae* Magistratus observantiam curabat; Huiuscemus vero falsamentariorum Artis Consules sua etiam iura super Urceorum & Cyatorum opificibus exercere poterant. (3) Celeberrima illa *Beccariorum* ars, de cuius dignitate & maiestate in prima iam Dissertatione (§. cxvi.) locuti sumus, *Grasciae* pariter Magistratui coniuncta erat, ipsiusque Artis peculiares leges sub titulo „, *de Beccariis* „, *Castrensis* com-

(1) *Stat. d. Tract. de Consul. Artium Rub. 91.
¶ 72.*

(2) *Stat. cod. a Rub. 93. usque ad 96.*

(3) *Stat. cod. a Rub. 100. usque ad Rub. 120.*

compilavit. *Grasciae* demum Magistratui Cetariorum Officiales coniuncti erant, ipsorumque leges in nostro existunt statuto sub titulo „*de Piscivendulis*“ (1)

§. XLIII. Aliud *Abundantiae* Officium, de quo pariter in nostro statuto fit mentio, suam Iurisdictionem super eos exercebat, qui pistoriā tabernam agebant, eosque, qui panem vendebant, uti patet ex toto titulo „*de Fornariis, & Panatteriis*“ (2), variisque aliis legibus, quae a Rubrica cciv. „*de observantii & iuramento Molendinorum*“ usque ad Rubricam ccxiii., in ipso statuto leguntur. Curabant etiam *Abundantiae* Praefecti, ne in Urbe frumentum umquam deficeret, suisque ideo expensis primae necessitatis genera emebant; quadere ipsius Magistratus cura fuit, ut panis in Florentinam Urbem ab exteris etiam Nationibus duceretur. (3)

§. XLIV. *Grasciae* & *Abundantiae* Officia diversas prohibitivas leges habebant, a quibus praecipue vetitum erat, ne primae necessitatis genera e Florentina Urbe & Agro Florentino educerentur, & hoc respi- ciunt obiectum leges, quae in nostro Sta-

R 4^o statuto

(1) *V. Stat. eod. a Rub. 121. usq. ad Rub. 132.*

(2) *V. Stat. eod. a Rub. 176. usq. ad Rub. 204.*

(3) *Thomas Forti, „Foro Fiorent. cap. 50. MSC.*

V. superius §. VII. ubi de Officio Molendinorum differitur.

tuto a Rub. c*lvi*ii. usque ad aliam c*lxvi*i.
leguntur, cum quibus concordant aliae po-
sitae sub titulo „*de devetis*“ (1) & ce-
terae demum constitutiones, quae in ipso
statuto a Rubrica c*cxiv*. usque ad c*cxxx*i.
inveniuntur.

§. XLV. Legislationis huiusce ratio ea-
dem sane fuit ac ea Romanarum legum,
quae frumenti commercium severe prohi-
bebant. Rati enim sunt Romani tali pacto
Romae annonae numquam caritatem futu-
ram esse populumque, qui panem dumta-
xat & Circenses quaerebat, in officio Ro-
mani ipsi continere posse sperabant. A qua-
dam vero fundamentali Romani Imperii le-
ge vetitum erat eum exteris Gentibus, quae
barbarae a Romanis dicebantur, commer-
ciuum exercere.

§. XLVI. Hae civilis prudentiae opi-
niones praesenti Europae politico statui
haud amplius convenire Britannica Regna
praecipue demonstrarunt, & nostris postea
temporibus Magnus Etruriae Dux Petrus
Leopoldus Etruriae ipsius populis liberum
frumenti commercium concessit (2).

§. XLVII. Nil quidem utilius pro E-
truriae bono excogitari umquam poterat.
Nam quorumdam ineptorum Pseudo - Phi-
lo-

(1) V. Stat. Florent. d. Tract. a Rub. 173. usque
ad Rub. 185. per nos.

(2) V. leg. 18. Septembri 1767.

lo sophorum praeiudicatis opinionibus devictis, palam sit antiquas prohibitiones potissimas extitisse causas, ob quas ab annoe difficultate Urbes affligerentur. Summa frumenti copia non bene gesta & ipsa generis caritate & annonae penuria maiora afferit Reipublicae incommoda; Agrorum cultor difficultatis annonae tempore sub futuri lucri spe agros libenter colit; si vero adsit copia cornu ob infimum, quod sui labores obtinent pretium, inculti sunt campi, exulat industria. (1)

§. XLVIII. En igitur qua ratione anteaftis temporibus latifundiorum Dominus tanto Reipublicae damno ex horreo numquam frumentum educeret, maximoque humanae salutis dispendio in horreo frumentum ipsum putresceret; Hodie vero Mercatores ob liberam commercii facultatem, ut ceteras merces, vendunt emuntque frumentum, sique ob aeris vicissitudines ubertas deficiat, lucri captandi causa, ut ex finitimiis etiam Regionibus in Urbem frumentum transferatur, Mercatorum in animo est.

§. XLIX. His constitutis deletum omnino

(1) *V. Instructionem ad Praefides Provinciarum diei 4. Iunii 1718. relatam a Genuense in Versione Italica Historiae Commercii Britannici Tom. 1. pag. 6. Ufforta Theorie du Commerce Chapit. 48.*

nino est vetus illud Annonae curatorum officium, a quo cavebatur, ut difficultatis annonae tempore agrorum domini proprium prodere triticum cogerentur; quae sane cura quam fallax ad publicam tollendam necessitatem saepissime fuerit, experientia demonstravit. Namque & incerta erat generis quantitas, ipsique frumenti domini varias ob caussas in obscurioribus Doinus penetralibus frumentum absconderet poterant.

§. L. Commercii libertate permissa, publica Urbis nostrae horrea haud amplius existunt, & monopolia, quae sub venerato Principis nomine gerebantur, sublata omnino sunt. Publicis enim horreis manentibus, frumenti Commercium gerere Civibus prohibebatur, eodemque tempore commercium illud publica horrea gerebant.

§. LI. Qui antea Dardanarii sive *Inceptatores* dicebantur, eos novo huic publicae Oeconomiae systemati ne damnum quidem ullum afferre compertum est; immo quam maior eorumdem erit numerus, tam maior quoque erit frumenti copia, quae in Urbe pro inopinata necessitate latebit. Hi enim *Inceptatores* propriam mercem Civitati potius quam exteris gentibus vendiderint eo fane tempore, quo maius certe lucrum ab ipsis agendum erit.

§. LII. Una erat haec methodus, ut diximus, qua agrorum cultor maiori animi ala-

alacritate rem rusticam exerceret. Non enim vili constantique precio laborum vendit fructus agricola, ideoque propriae utilitatis spe altis colonis, eorum opera, inaccessi etiam Montes, ob antiquam Agricultoris inertiam inculti, uberrimam segetem prouident.

§. LIII. Sileant igitur, qui asserunt maius frumenti precium in Opificum detrimentum augeri. Nam publicae Oeconomiae Scriptores Arithmeticis rationibus demonstrarunt, ob auctum frumenti precium, pernecesse Artificum etiam opera precio maiori existimari, ideoque frumentum inter & Artificum operum valorem antiquam servari aequalitatem. (1)

§. LIV. Felicem harum omnium a Pecto Leopoldo institutarum rerum exitum, nemo est qui non sentiat; opus vero tam grande altera ipsius Magni Ducis, provisio coronavit; Illo enim mandante novum Officium creatum est, cui novi systematis executionem commisit, illumque „Supreme Annohae Congregationem „ appella-
vit. (2) Ut vero commeatum comparatio pro totius ditionis conservatione tutior redere

(1) V. L' Amy des hommes Tom. 3. pag. 38. usque ad pag. 54. Tom. 5. pag. 68. usque ad pag. 106. Ustariz Theorie du Commerce chap. 90. Pautallo Amelioration des Terres Observations sur la liberté du Commerce des grains.

(2) V. l. 29. Octobris 1768.

deretur, & cum internis tum externis nationibus hisce rebus convenientibus regeretur, antiquum non solum Abundantiae Officium deletum fuit, sed Grasciae etiam officio sublato, novae,, Congregatiōnī,, quae etiam a Grascia antea gerebantur, adiuncta sunt. (1)

§. LV. His quoque temporibus ad examen revocatis veteribus „Grasciae“ constitutionibus, haud amplius politico Etruriae Statui eas convenire posse compertum est, omnesque ideo a summa Petri Leopoldi auctoritate revocatas suis se comperimus. Cautum enim fuit, ne in posterum Grasciae Officium carnes pro Urbis subsistentia comparandi privilegium amplius haberet, neque carnium precia amplius statueret; cuique enim civium eas vendendi & emendi ius datum est sublatis omnino pensionibus, quae a carnium venditoribus antiquitus solvebantur. (2) Haec demum leges abrogatae sunt, quae liberam ex Etruriae limitibus oleieductiōnem prohibebant, Civibusque omnibus extrahendi oleum facultas relicta fuit. (3) Quae cum ita sint, afferi impune potest ob pru-

(1) V. d. L. §. 1.

(2) V. L. 29. Octobris 1768. post eam superius memoratam.

(3) V. aliam leg. diei pariter 29. Octobris 1768.
e §. 21. usq. ad §. 30.

prudentissimas Petri Leopoldi leges, statuti nostri informes Constitutiones, a quibus duo *Graeciae & Abundantiae* Officia regabantur, inutiles ac nostris temporibus nullius usus censenda^s esse.

§. LVI. Statutis legibus, quae Artium Magistratus moderabantur, iisque pariter memoratis, quibus Annonae providebant Florentini, alias refert statutum leges, quae Tributorum, sive *praefagiorum* (1) certam exactionem reddebant, ipsaeque sub titulo „*de Extimis*„ continentur.

§. LVII. In quinta Dissertatione nostra statuimus permulta fuisse proventuum capita, quae Reipublicae censum efformabant (2); eam vero investigationem, ex qua *Extimorum Catasti* & Decumae originem detegere possumus, in quarta hac dissertatione agendam esse censemus.

§. LVIII. Antiquis Reipublicae Florentinae temporibus Michaelae Bruto (3) teste, *praefagia* sive coactae mutuationes, quae a Civibus Reipublicae agebantur, ut ipsa suis extraordinariis necessitatibus consuleret, ex capitum recensione conficiebantur, eaque occasione, ut Cives facilius Reipublicae obsequerentur, pro ipsis in pignus pu-

(1) *V. Du - Gauge verbo praefagium.*

(2) §. LXIV.

(3) *Histor. Florent. lib. I. pag. 13. Edit. Lancet.*

publicorum vestigialium aliarumque rerum
reditus Respublica ipsa obligabat.

§. LIX. Haec *praestagia* exigendi me-
thodus post Walterii Athenarum Ducis ex-
pulsionem Florentiae statuta fuit, quo tem-
pore quatuor in *Quarterios* (1) partita Urbs
fuit, & *Quarteriorum* unusquisque totidem
in regiones divisus fuit, personaeque illae,
quae his in *Quarteriis* morabantur, iuxta
ordinem, cum quo in libro quodam de-
scriptae fuerant onera & tributa ipso dum-
taxat ordine solvebant. (2)

§. LX. Advertendum vero hic loci
est, inspecto hoc exigendi *praestagia* sys-
temate, impossibile fere esse, ut ab iis qui
onerum distributionem curabant, ipsa pari
mensura distribuerentur; aliam enim hac in
re non habebant legem nisi maiorem vel
minorem Civium existimationem, quam pe-
nes publicum ipsi obtinuerant.

§. LXI. Ex censu tributa exigere opus
esse saepenumero excogitatum fuit; num-
quam vero stabili forma id actum fuisse in-
venio. Tentatum potius, quam inchoatum
fuisse extimum anno MCCLXXXVIII. extimi
ipsius pars quaedam in privato Archivo.

exi-

(1) *Iosan. Villan. Histor. lib. 12 cap. 17. V.
quintam Dissertat. §. XX.*

(2) *Boninsegn. Histor. lib. 2. pag. 122. Macchia-
velli. Histor. lib. 2.*

271

existens ostendit. (1) Extimi confessio, Ioanne Villanio (2) pariter referente, anno MCCCXX. proposita fuit, & pro huiusce prospectus executione Cives institere. (3)

§. LXII. Si vero dicendum sit quo tempore stabili forma Extimum statutum fuerit, cum Matthaeo Villanio (4) anno MCCCLV. id actum fuisse afferere possumus. Quibusdam enim Civibus eo aevo perutile visum est, ut Creditores a molestia libarentur inquirendi debitorum bona, quasdam confidere tabulas, in quibus Urbis & Agri Florentini bona describerentur, qua occasione capta decretum fuit, ut omnes fundorum domini propria bona Florentiae Communi denunciarent. Opus vero tam utile tractu temporis ob ipsius Reipublicae negligentiā derelictum fuisse ipse Matthaeus Villanius demonstrat.

§. LXIII. Quae cum ita sint, mihi videtur, statutum nostrum improprie quidem Extimi nomine uti. Nam dubio procul est, eo tempore quo conditum statutum inventio, Florentinam Urbem verum minime

ha-

(1) V. Extimum hoc in Archivo Familiae Baldinettorum a Ioanne Baldinnetto paucis ab hinc retro annis defuncto peculiari cura comparato.

(2) Histor. lib. 7. cap. 14.

(3) Matthaeus Villan. Histor. lib. 2. cap. 46.

(4) Histor. lib. 4. cap. 84. & lib. 5. cap. 74.

habuisse extimum (quod sane nil aliud est , quam onus impositum in Bonis , Reipublicae in libris descriptum), sed antiquam aliam exigendi *praestagia* methodum extitisse . Ipsum vero statutum quasdam sub titulo „ de Extimis „ , refert leges , in quibus caustum solummodo fuit , a Civibus adiuvandam esse cum *praestagiis* Rempublicam poenasque in eos decernit id agere recusantes . Tributorum demum exactores suadere studet , ut ipsi *praestagia* exigant ea singillatim methodo , qua a Personis Comitatus exigebantur .

§. LXIV. Tributorum exactio usque ad annum MCCCCXVI . tali pacto acta est . Eo enim tempore Ioannes Averardi Medices , ut a censu tributa exigerentur a Republica , expostulavit ; (1) idque stabili forma a Republica ipsa perfectum fuit die XXII . Maii MCDXXVII . , quo tempore *Catastum* efformavit .

§. LXV. *Catastum* in quibusdam publicis tabulis continebatur , in quo descriptae erant personae Reipublicae oneribus ferendis subiectae , quibusque bonis quibusve privilegiis ipsae fruerentur ; hae vero tabulae , quae apud illos reperebantur , quibus tributorum exactio incumbebat , iuxta antiquam *Quarteriorum* divisionem exaratae sunt .

§. LXVI.

(1) Michael Brut . Hist . lib . I . pag . 13 . Edit . Iancz .

273

§. LXVI. Res quoad tributa tali pacto
se habuit usque ad totum fere seculum xv.,
quo tempore Respublica ad sumum di-
gnitatis apicem pervenerat, maxima eque
Reipublicae felicitati illud unum deerat,
ut quaedam corrigerentur vitia, a quibus
Catasti sistema afficiebatur, praecipue que
illud onerandi in *Catallo* industriae fructus,
quibus de caassis Decumarum lex lata fuit,
eamque hodie etiam vigere omnibus inno-
tescit. (1)

§. LXVII. Decumarum leges idem fe-
re statuere arbitror, quod in *Catasti* legi-
bus decretum fuerat, & in eo inter se
tantum distant, quod in recensendis bonis,
quae decumarum solutioni tenebantur, in-
dustriae fructus Montisque loca exclusa
omnino fuerint. Decima tamen fructuum
bonorum pars, quae in novo systemate a
Civibus solvebatur, ne in posterum mutua-
ta sed gratuito donata diceretur, statutum
fuit.

§. LXVIII. Tractu temporis, quod nunc
etiam appellatur „*Arrotium*“ exaratum
est, quod sane nomen inventum fuisse reor
ob novam illam fortasse methodum adiun-
gendi in Decumarum tabulis notionem bo-
norum, quae pro variis temporibus ab uno
in alium posse fore transferebantur; idque
Sane

(1) V. leg. 25. Decembris 1494. & 5. Februario
1595.

274

sane nil aliud erat, quam antiquis novas rationes adiungere.

§. LXIX. Anno MDXXXII. veteres libri, in quibus Civium bonorum descriptio reperiebatur, renovati sunt, idque a Reformatoribus ad id delegatis anno MDXXXIV. perfectum fuit. Hae vero novae recensiones ob maximam, qua exaratae fuerant diligentiam, maiori hodie etiam in precio habentur, atque *Originales* nuncupantur.

§. LXX. Illud unum hic loci advertendum est Magni Etruriae Ducis Cosmi I. Medicis Rescriptum anno MDXLVI. prodisse, in quo iussum est, ne Decumarum Tributum ullo umquam tempore, nisi id gravis Reipublicae necessitas exigere, minueretur vel ampliaretur, (1) annoque tantum MDLXXVI. nova Decumarum descriptio exarata fuit super Domibus, Apothecis, Molendinis, ceterisque aliis Urbis Ditionisque Florentinae Aedificiis, absque eo quod aliorum bonorum Decuma mutaretur.

§. LXXI. Id vero omne frustra a Florentinis actum esset, nisi Decumarum Praefectis pro eorumdem Tributorum exactione omnes Respublica facultates concessisset, certamque Possessorum accuratamque bo-

no-

(1) V. hoc Rescriptum Ann. 1546. in regest. I. Memorialium num. 35. 89. 169. & in regest. 2. num. 20. & 83. in Decumarum Magistratus Archivo.

norum notionem ipsis communicasset, ideoque hoc singillatim obiectum respiciebant leges anni MCCCCXCV. aliaeque quae venientibus annis latae sunt vulgo „ *Delle* „ *Volute* „ , talique nomine hodie etiam huiusmodi leges nuncupantur; cuique enim possessori onus iniunctum fuit, quod si bonorum, quae huic subiecta erant gravami- ni, dominium in alios translatum fuerit, in novi Domini fractus percipientis rationibus ea signarentur.

§. LXXII. Pertulitae deum fuere leges, quae Decumarum exigendi formam constituere; Duae vero tantum sunt res, quas in Decumarum exactione servandas esse leges ipsae decreverunt. I. Ut Decuma fructuum Pars, detractis fundi oneribus, solvatur, II. Ut bona, quae in illa Territorii parte, quam „ *Districum* „ vocant, sita sunt, tunc maius vel minus habeant onus, cum maior vel minor erit Novemviram Magistratus necessitas. Nam si ob extraordinaria tributa, quid propriæ solvant Communitati, Decumarum onus minuitur; secus eamdem Civium Florentinorum Decimam *Districuales* persolvunt.

§. LXXIII. Quaedam sunt bona, quae nulla habita ratione personarum, in quarum dominio reperiuntur, sed ipsorum bonorum, decumarum solutioni subiecta minime sunt. Huiusc generis dicuntur ea,

quae florenis centum pro una vice ab aliquo solutis pro annua trium florenorum Decima ab onere ipso liberabantur; (1) hodie etiam a Decimae solutione exempta sunt bona, quae in Montis Communis Magistratu descripta sunt. Reipublicae enim temporibus cautum fuerat, ut Civibus de Republica optime meritis, illustrive cuidam familiae vel alienigenae, qui Florentinum domicilium acquirere exoptasset, privilegium concederetur, quod eorum bona in Decumarum libris non adhuc descripta, aliave quae in Comitatu vel *districtu* acquirere potuissent, in Montis Communis libris describerentur sib[us] ea conditione solvendi pro quolibet mille Florenorum, pro una vice florenos quinque; quadere bona illa in Montis Communis libris designata a Communis Florentiae factionibus atque oneribus in posterum eximebantur. Peculiarri demum privilegio a Decimae solutione excepta sunt bona, quae in Pistorii & S. Geminiani Territorio, & in Veteri Liburni Capitanatu reperiuntur.

§. LXXIV. Alia sunt bona, quae a Decumarum solutione exempta dicuntur, nulla habita ipsorum bonorum ratione, sed personarum, in quarum dominio ipsa existunt. Tali pacto huiusmodi privilegiis non carent Domus ab eorum Dominis, vel ab iis

(1) V. leg. 5. Maii 1554.

iis quibus ipse Dominus alimenta praestare tenetur, inhabitatae, Hospitiaque in quibus Serici, & Ianae Mercatores Rhombos, aditusque servabant. Duodecim Filiorum Patresfamilias hodie etiam onus hoc non persolvunt.

§. LXXV. Personalis etiam dicebatur Reipublicae tempore Clericorum exemptio, quam in bonis ante annum MDXVI. acquisitis Clerici ipsi habebant. Advertendum vero hic loci existimo, Rempublicam Florentinam aegre fensisse Ecclesiasticos non sine Laicorum damno ab oneribus praestans liberos extitisse, & haec sane est causa, ob quam in quibusdam Reipublicae extraordinariis necessitatibus Ecclesiastico-rum etiam bona gravarentur, idque potissimum actum legimus anno MCCCVII., (1) & anno MCCCXVII., quibus temporibus Urbis moenia amplificata sunt (2); ex Clericorum etiam bonis Reipublicae reditus aucti sunt anno MCCCLII. (3); eodemque tandem systemate usi sunt Florentini anno MCDXII., quo tempore octo Cives electi a Republica fuere, ut pecuniam pro militum conductione cumularent. (4)

S. 3 §. LXXVI.

(1) Ammirat. *Historiar.* lib. 4. pag. 236.

(2) Ammirat. lib. 5. pag. 278.

(3) Matthaeus Villan. pag. 116. Bonifegn. *Histor.* lib. 3. pag. 408.

(4) Ammirati. lib. 18. pag. 965.

§. LXXVI. Quamdam etiam a Florentinis poenam statutam fuisse invenio in Ecclesiasticos, qui „ Clericatus oblationis „ sunt verba statuti „ vel alterius recoman- „ dationis titulo se defendere, & subter- „ fugere conabantur factiones & onera ex- „ traordinaria Communis Florentiae, vel „ quomodolibet Iurisdictionem illius Com- „ munis eludere „ Ipsi enim „ sequitur statutum „ nullo modo, vel tempore ad „ aliquod officium admitti possint, & si „ quando assumpti fuerint, ipsi vel aliquis „ ipsorum per Dominum Potestatem omni- „ no repellantur. (1)

§. LXXVII. Notandum hic est variis temporibus Clericorum bona saepenumero Florentinos, ipsis nolentibus Clericis vendidisse, ut extraordinariis Reipublicae necessitatibus providerent, idque actum fuisse anno MCCCCLXXVI. ex Ammirato colligere concessum est (2); Celebres quoque sunt alienationes bonorum Clericorum, quas Florentini Pontificis Iulii II. & Petri Soderinii perpetui Reipublicae Vexilliferi tempore perfecere; (3) Idem demum adhibuere consilium Florentini anno MDXXVII., quo tempore Civium onera in immensum creverant, & summo Civium ipsorum damno;

Ec-

(1) Vid. Statut. lib. 4. Tratt. de Extimis Rub. 15.

(2) Historiar. lib. 10. pag. 702.

(3) Guicciard. Histor. Ital. lib. 10. pag. 285.

279

Ecclesiastici ab eorum solutione se exemptos esse presumebant.

§. LXXXVIII. Praeter eas, quas expusimus leges, videndae etiam sunt, & in nostro statuto & in diversis Archivi Palatii regestis, Constitutiones aliquae, quae sicuti bonorum Clericorum augmentum prohibebant, *Ammortizationis* leges iure meritoque appellandae sunt. Cautum igitur fuit I. „ Ne fierent alienationes in non subentes untes onera Communis Florentiae. (1) „ II. „ Ne in Ecclesiasticorum rationibus si- gnarentur bona, quae iam in Libris Decumarum, uti Decumarum solutioni subiecta, descripta erant „. (2) III. „ Ut quocumque tempore bona, quae Decuminae onus solvere debebant, quocumque, inquam, tempore & in perpetuum pro solutione ipsa obligata manerent. (3)

§. LXXXIX. Interea dum Florentiae Commune omnem adhibebat operam, ut Laicorum bona in Clericorum dominium nullo pacto transirent, ne Reipublicae Reditus minuerentur, Leo X. Florentinae Reipublicae necessitates edocet, opportunum censuit statuere, ut bona quaecumque, quae in posterum in Clericos vel pia loca

S 4 per-

(1) Stat. De Extensis Rub. 4.

(2) Vidi Leg. anni 1727. lib. O. pag. 35. & 36.
& Lib. L pag. 6. in Archivo Palatii.

(3) Stat. De Extensis d. Rub. 4.

pervenire possent, Reipublicae oneribus subesse deberent, ac si a Laicis possiderentur, idque ex eiusdem Leonis X. constitutione diei XVIII. Februarii MDXVI. colligere possumus.

§. LXXX. Tractu vero temporis, quum Cosmus I. Paulo III. Pontifici exposuisset, quod ipse pro literarum studii incremento, suorumque subditorum in scientia literarum proficere cupientium commoditate, Archigymnasium Pisum, propter retroactorum temporum calamitates, non modice neglegendum destitutumque ad primaevam illius formatum reducere, & propterea ex diversis Mundi regionibus praeclaros Doctores conducere intendebat, ad quae non modici sumptus videbantur necessarii, ipse Paulus III. Cosmi Duciis precibus commotus pro ipsis Gymnasii reparazione quoddam subsidium ad certum tunc expressum tempus super Clericalium beneficiorum fructibus exigi posse decrevit. Quum autem idem Dux Cosmus exponi fecerit Pio IV. Athenaeum illud plene nondum restitutum fuisse, idem Pius IV. Pauli III. aliorumque ipsius Praedecessorum inhaerens vestigiis; subsidium integræ unius Decimae in memoratos & non alios usus, ipso Archigymnasio durante, in perpetuum convertendum esse constituit. (1)

§. LXXXI.

(1) *V. Bull. Pii IV. i. Septembris 1564. & 31 pariter Septembris 1564.*

§. LXXXI. Hae Constitutiones omnes ad nostra usque tempora omne robur obtinuere. Petro Leopoldo vero Supremo Etruriae Moderatore Ecclesiasticae & *Magnae Ducalis* Decimae discrimen in Etruria sublatum est, atque unus hodie Decumarum Magistratus existit. Lex enim xi. Maii MDCCCLXXV. decrevit, ut Ecclesiasticorum bona, quae *Antiquae Acquisitionis* dicebantur, seu bona a Clericis ante Leonis X. Constitutionem (§. LXXVIII.) acquisita Decumarum solutioni subiicerentur, ac tali pacto Decumarum Ecclesiasticarum Magistratus Cosmi tempore institutus, alii Ducalium Decumarum Magistratui a Cosmo ipso creato, adiunctus fuit.

§. LXXXII. Una cum „*de Extimis*“, tractatu parti quartae libri quarti finem Castrensis imponit; expositis vero permultis legibus, quae Reipublicae felicitatem efformabant, proponendae etiam supererant a Castrense alias Sanctiones, quae in regimine potissimum populari aequalitatis servandae caussa opportunae a Politicis censentur.

§. LXXXIII. Maioris Poetae Dantthis (1) & Ioannis Villanil tempore (2),

im-

(1) *Cant. XV. Paradisi.*

(2) *Historiar. Lib. 10. cap. 154. Vid. Primam Differt. §. CCLII. in not. sub n. 2.*

immo si ipsi Villonio fidem praestemus (1) Anno MCCIX. de Civium sumptibus leges in usu extitisse detegimus. Hae sane permultae sunt, omnesque, breves intra fines restringunt expensas, quae illis potissimum temporibus agendae erant, quibus aliqui ambitioni indulgentes nulli parcere solent sumptui, & moderationis limites excedunt. Has inter sumptuarias leges, ut memorentur, dignae sunt quae in quarta huius quarti statutorum libri parte referuntur tali pacto inscriptae „ *Ordinamenta de Famulis & Famulabus* „ (2). Celebres vero huiuscemodum quintae Partis existunt sanctiones „ *De prohibitis ornamentiis* „ *Dominarum* „ *Ordinamenta circa sponsalia* „ & *Nuptias* „ *De Exequiis Mortuorum* „ *De Baptismate* „ In his enim, quae esse deberent Mulierum ornamenta, praescribuntur, quae vetita essent; Dapium numerus ac Cibi qualitas in nuptiarum conviviorumque solemnibus adhibenda declarantur; utque omnia paucis verbis complectar, his in Rubricis singulatim recensentur, quae ad Florentinorum immoderatam ambitionem coercendam apta videbantur.

§. LXXXIV. Mirandum sane est huius-

(1) *Lib. 6. cap. 71. Ricord. Malasp. Histor. cap. 161.*

(2) *Stat. lib. 4. Rub. 149.*

iustmodi constitutiones quamplurimas Europae, Italiaeque praecipue Civitates, ut eas propriis Civibus observandas propone-rent a Florentinis expostulasse. (1) Ut vero ipsae leges maiorem haberent vim, Flo-rentini Serici Mercatoribus prohibuere ne ulko umquam tempore sericam telam Ci-vibus venderent. (2) De his enim commer-cium cum exteris gentibus agere licebat, non vero cum iis Civium luxus fovendus.

§. LXXXV. Reipublicae Optimates a-llique Magistratus, illius moderationis, quam praescripserant, exemplum suppeditabant, splendoremque dumtaxat decusque servabant, quum de publica Maiestatis re-praesentatione ageretur; ne modus tandem ullus relietus est ut Civium animi a luxu abhorrerent, iustumque industriae & Com-mercii fructum exoptarent, saepissimeque eas leges hoc respicientes obiectum Floren-tini renovarunt. (3)

§. LXXXVI. Hae leges ob eam aequali-tatem in Democratico statu servandam Dem-octracie convenientes in Monarchiae regi-mine nullius usus, ideoque inutiles omni-no sunt. Luxus in Monarchiae regi-mine na.

(1) *Vitell. lib. 10. pag. 368.*

(2) *Stat. Lib. 4. Tract. De Consulibus Artium Rub. 46.*

(3) *Ammirat. Lib. 20. pag. 1087.*

nascitur ex ipsa fortunae disparitate, quae ad Principatus promovendum splendorem opportuna censetur. Luxu autem in Monarchia non existente maior Civium pars egestate laboraret faineque periret.

§. LXXXVII. Haec Civilis prudentiae Regula aliquando sed raro limitatur; idque potissimum sit, dummodo caussae, ob quam permittitur, directo repugnet. Suas idcirco habuit Politicas rationes Imperator Franciscus Augustus Magnus Etruriae Dux, quum lata lege die x. Octobris MDCCXLIX. immoderatas funerum impensis prohibuit, quam postea Constitutionem Augustus Filius Petrus Leopoldus confirmavit & auxit. (1)

§. LXXXVIII. Post sumptuarias leges quatuor deinde alteri sequuntur Tractatus, quorum diversae Rubricae, precipueque permultae, quae in illo cuius est titulus „*Tractatus & materia laboratorum* „ & in altero „*Contra ludentes ad ludum card: & alios ludos prohibitos* „ in usu adhuc sunt. Moribus vero nostris abrogatae omnino sunt eae, quarum est titulus „*Materia extraordinariorum* „ *De ponderibus & mensuris* „,

§. LXXXIX. Tractatus & Materia extraordinariorum eas complectitur leges, quae pro

(1) *Vid. Leg. 25. Martii 1773.*

pro regimine tantum Democratico tuendo aptae videntur. De Oratorum officio in illis differit; eaque occasione contra eos in Consilio intempestive loquentes poenae a statuto ipso statuuntur; (1) Quum igitur ob ipsum Monarchiae systema Oratores in Monarchia non sint, ideo temporibus nostris huiusmodi leges inutiles omnino existunt.

§. XC. Id sane, quod tractatum & materiam *laboratorium* afferere impune non possumus. De his enim Rubricis omnibus uteremur, dummodo Iurisprudentiae Cultoribus ipsae innotescerent, neque in Archivorum pulvere neglectae ad nostra usque tempora delituisserent; Has leges xv. seculo compilatas, & in decem & septem Rubricas disperitas fuisse a Thoma Miniatense, ex quadam Membranaceo Codice in Sanctae Mariae Nunciatae Cenobii Bibliotheca existente colligimus (2). In eo vero quaedam utilissima de Agricultura describuntur, agitur de Oeconomia rustica Colonorumque erga Dominos Officiis.

§. XCI. Alterum de iudicis tractatum hodie etiam in usu esse cognoscimus. Neque sane id afferendum videtur ea tantum de causa, quod iudiciorum leges in eo reperiantur; Nam Petri Leopoldi lex XIII,

April

(1) *V. bius Tractatus decem Rubricas.*

(2) *Hic Codex continet Commentarium praepositum buic collectioni.*

Aprilis M^{DC}CXXII. , In qua omnes Fortunae
ludi prohibentur , his temporibus in Etru-
ria suum robur obtinuit . Hae vero potissi-
mum servandae sunt , quia permultas in
eo tractatu invenire possumus Rubricas di-
versa alia politiae & Iustitiae genera re-
spicientes , quae re quidem vera in Foro
quotidie occurunt . Celebres idcirco sunt
Rubricae lvi. , De mensura Domorum &
" Viarum facienda per Magistros Commu-
" nis Florentiae , LVII. , De aqua nociva
" arcenda , LVIII. , Quomodo liceat ha-
" bere fenestras super tectum , Domum ,
" vel Currem Vicini , LIX. , Quod non
" fiat terra cum Muro in aliquo fossato ,
" LXI. , Quod quilibet habens propriam ca-
" vam possit mittere cavaratores , LXII. ,
" Quod liceat unicuique ire per terram Vi-
" cisorum ad terram suam . , LXIII. , De
" poena facientis Veronem , Sportum vel
" Cavalciam , LXIV. , De poena appo-
" diantis viae , vel domui Ligna vel Sto-
" ria , LXV. , De Aedificiis communibus
" murandis , aedificandis vel reaptandis
" LXVI. , De Ugiis incidendis ; & Arbori-
" bus in certis caussis caedendis . , LXIX. ,
" De stratis & pontibus reparandis . , Hic
vero loci advertead am censem laepissime has
Reipublicae Florentinae Constitutiones re-
novatas & auctas fuisse . (1)

§. XCII.

(1) Vid. hęs Reformationes relates in MSC.
cuius

§. XCII. Sequuntur demum „ *de Ponderibus & Mensuris* „ leges , quas sane antiquissimas extare , cum Francisco Balduccio , & Nicolao de Uzano (1) credendum est . Vetus pariter fuit usus variarum legum auctoritate confirmatus , & singulatim a lege Anni MCCCLXXXIV. , in nostro statuto relata , comprobatus (2) , ut pondera & mensurae singulis annis signo quodam munirentur ; quadere ad hunc praecipue finem quaedam pecuniae quantitas Reipublicae singulis annis ab iis , qui ponderibus & mensuris utebantur , solvebatur . Locu's , & hujusce Vestigalis redditus Montis Communis Officialibus pertinebat , idque usque ad Annum MCCCLXIX. aetum est , quo tempore lata lex fuit , a qua decernebatur (3) ut officium signandi pondera & mensuras Partis Guelphae Capitanei obtinerent , Montisque Officiales locum , quem

cuius est titulus „ Risposta all'Istruzione dell' Il-
„ Iustissimo Sig. Auditore Pompeo Neri per l'
„ Università dell'i Illustrissimi Sigg. Capitani di
„ Parte Guelfa , e dei Fiumi della Città di Fi-
„ renze „ in Biblioteca Clariss. Viri Senat. Io.
Baptistae Clementis Nelli .

(1) *Vid. borum Auctorum „ De Florentinorum Commercio Tractatus relatios post Tractatum „ della Decima dei Fiorentini .*

(2) *Vid. lib. Lunae pag. 26. t. & 69. t.*

(3) *Vid. lib. Lunae pag. 193.*

quem ipsi antea habebant, Partis Capitaneis vendere cogerentur. Hodie vero etsi Communitatum Camera, cui adiunctum fuit Capitaneorum Partis officium, „Signi“ uti aiunt, munus gerat, alio tamen in Loco munus vetustissimum exercet.

Finis Quartae Dissertationis ad Statutum.



AD



A D Q U I N T U M
S T A T U T O R U M
V O L U M E N

D I S S E R T A T I O .

I quis umquam Clarissimi Viri Petri Giannonii Neapolitani Regni Iurisconsulti & Historici premens vestigia Civilem Florentinorum Historiam conscribere voluerit, huius nostri Codicis quintum Volumen, in quo potissimum ius Florentinorum publicum universale continetur, perutili operi ab Eruditis Etruriae hominibus intentato fundamentum adhibebit.

T

§. II.

§. II. In primo quarti huius libri tractatu trium majorum Officiorum, a quibus antiquitus supremum Reipublicae Imperium repraesentatum est, sermo instituitur, tercentaeque quinquaginta & quinque Rubricae, ex quibus tractatus idem componitur, eorumdem Officialium iura, obligationes & dignitates ante oculos ponunt. Ceterorum pariter Magistratum omnium officium in secunda Tractatus primi parte statuitur, de quorum iuribus in anterioribus libris a Castrense mentio minime facta est; Quae praestanda essent tributa Sancti Ioannis die aliorumque solemnum occasione secundo ex Tractatu ediscimus; De diversis Communis Vectigalibus in Tertio differit. Iura demum, quae varia Florentini Dominii Tribunalia exercere poterant, Praesulumque subiectarum Urbium obligationes in quarto pariter tractatu praescribuntur.

§. III. In prima ad nostrum statutum Dissertatione diversas Florentini regiminis vices in genere notavimus. (§. XXXVI. & LII.) Diximus enim Florentinos ante Constantiae pacem Consules, & Anno MCCCLXXXII. Artium Priors elegisse; quum vero in hoc nostri Codicis quinto Volumine peculiari pacto de tribus maioribus Magistribus sermo sit, idest de Prioribus & Iustitiae Vexillifero, de XII. Bonis viris & fo-

societatum populi Vexilliferis, a ratione
ideo non alienum puto eorumdem Magi-
stratum originem & Officium diligentius
investigare.

§. IV. Florentiae Reipublicae regi-
men a Consulibus in Iustitiae Vexilliferum
Pioresque haud statim translatum fuisse,
aliosque Magistratus pro variis temporibus
rerum summam habuisse inspicimus. Nam
Consulum Magistratus, qui Anno mx, crea-
tus Florentiae fuerat (1) Anno mlxxv. re-
formatus est. (2) Sex enim in Sexterioris eo
aevo, sive Regiones Urbe divisa unus Con-
sul pro Sextorio quolibet electus fuit; quem
vero procedente tempore Civitas summum
potentiae argumentum recepisset, cautum
fuit, ut in posterum Cives de Maleficiis
minime iudicarent, ne iustitia a privatis
inimicitiis Concivium precibus & sanguini-
nis coniunctione laederetur; ideoque Vi-
rum quemdam exterum Nobilitate praedi-
tum in Urbem vocare singulis annis, Po-
testatisque nomine eum decorare statutum
est, qui ius diceret & exequendi Commu-
nis Florentiae leges haberet. Gueldefrot-
tus Mediolanensis primus hanc dignitatem
obtinuit, Consulesque ceterarum rerum ad-
ministrationem retinuerunt. (3)

T 3

§. V.

(1) Sozomen. Pistoriens. Chron. ad ann. 1010.

(2) V. Ricord. Malasp. Hist. cap. 54.

(3) Ricord. Malasp. loc. cit.; Leges vero quae
Pote-

§. V. Tali quidem pacto Reipublicae status se gessit usque ad Friderici II. Imperatoris mortem; ideoque usque ad Annum MCCL., quo tempore cordatiiores Reipublicae Cives, videntes Ghibellinorum, praeципueque Ubertinorum Tyrannidem summum Reipublicae detrimentum afferre, novam Regiminis formam instituere cogitarunt, ideoque Potestatis officium confirmatum & aucta auctoritas fuit, & primum Populi Capitaneum Ubertum Lucensem elegerunt. Novus pariter ex XII. viris compositus Magistratus creatus fuit, quos ab honoris excellentia patrio sermone „Antianos“ dixerunt, cautumque est, ut duo pro Sextorio quolibet sive Urbis regione Magistratum ipsum componerent. Multitudinem vero Urbanam iuxta sexteriorum ordinem sub Vexillis viginti descriperunt, ut eis esset Domi praesidium. Fecerunt pariter nonaginta sex Vexilla ex cunctis Comitatus populis, ut quando Populi Capitaneus Noniam (1) pulsaret, Plebs omnis cum Vexilliferis in populi Florentini auxilium convocaretur; quibus omnibus constitutis maiorem Populus auctoritatem consequetus est (2).

§. VI.

Potestatis Officium declarant in prima Dissertatione videndae sunt §. LXXVI. & seqq.

(1) Vulgo „la Martinella.“,

(2) V. has reformationes apud Sozomen. Pistoien. ad ann. 1250. Machiavell. Histor. lib. 2. pag. 37. & 38. Edit. ann. 1532.

§. VI. In secunda iam Dissertatione notavimus post Friderici II. mortem Ghibellinos a Rege Neapolis Manfredo pro Reipublicae regimine obtinendo auxilium expostulasse, ideoque eos a Guelphis ex Urbe pulsos fuisse. Ex ipsa pariter colligere possumus, uti postea ipsius Manfredi ope in Patriam Ghibellini redierint, quoque pacto una cum Comite Guidone Novellio, Manfredi in Etruria Vicario, Ghibellini iterum exulaverint. Electis igitur Ghibellinis novis Magistratus illo *Antianorum* delecto; qui decem iam Annorum spatio duraverat, creatus est.

§. VII. Duodecim porro fuere viri, qui Reipublicae administrandae gratia a Guelphis electi sunt, illosque non uti *antea* „*Antianos*„ sed *Viros bonos* appellarent. Consilium quoddam LXXX. Civium, quod vocatum est „*Della Credenza*„ aliudque CLXXX. popularium una cum XII. bonis viris Consilium generale componere in posterum debere caustum fuit. Alterum pariter Consilium centum & viginti Civium & Popularium, & Nobilium ordinatum fuit, quod ea, quae in generali Consilio decreta fuerant, an exequenda essent, selenulo perpenderet, & reliqua Reipublicae Officia dispensaret. (1)

T 3

§. VIII.

(1) *Machiavell. Histor. lib. 2. pag. 40. t. Edit. Ann. 1532.*

1287. §. VIII. In antiquum popularem motum Republicae Florentinae statu restituto, ad decorandam illustrandamque Civitatem Florentinam omnes etiam Ghibellinos exules sequenti anno MLXXXVII. Florentiam revocare, & sua cuique restituere placuit; quod sane ad tranquillitatem augendam plurimum conferre posse visum est, ne forte exclusi per vim aliquid molirentur. Lege itaque ad Populum lata omnibus Civibus, qui vel dudum post Arbiensem pugnam, vel nuper cum Guidone Nvellio abscesserant, remeandi Florentiam potestas permissa est. (1)

§. IX. Quae fuerint Florentinae Republicae vices post hanc Regiminis Reformationem, in Dissertatione secunda videre est. Fertur enim Clemens IV. Pontifex, occasione capta longi Interregni, quod post Friderici II. mortem in Imperio intercesserat, Etruriae principatum occupandi animum habuisse, ideoque iterum Guelphas Ghibellinasque factiones in Etruria excitasse Caroli Andagavensis opera adhibita, cō tempore, quo Carolus ipse, Manfredo e Neapolitano Regno expulso, a Clemente Etruriæ Imperialis Vicarius creatus fuerat.

§. X. Gregorium etiam X., ut in Etruria pax rediret, permulta tentasse, sed frustra in secunda Dissertatione vidimus, idque

(1) Sozomen. Pistoriens. Histor. ad ann. 1987.

idque dumtaxat in Etruria actum fuisse legimus Nicolai III. tempore, quo Carolus Andagavensis Rodulphi Imperatoris ope Etruriae regimine expoliatus est, & Cardinalis Latinus, ut eam tranquillitatem, quae tandem exulaverat, in Etruriam reduceret, ab ipso Pontifice Florentiam missus fuit. Illius enim Cardinalis consilio in Patriam revocatis Ghibellinis Reipublicae sistema renovatum fuit, sancitumque est, ut duo adiungerentur viri Duodecim Magistratui, ita profecto ut quatuordecim essent, quorum septem a Pontifice singulis annis eligerentur; Duobus vero elapsis annis, & a Martino IV. Regi Carolo Etruriae regimine restituto, Factiones iterum exarsere, ideoque novam regiminis formam Etruria recepit. Anno enim MCCCLXXXII., quo atrium corpora & sua iam Vexilla suumque unaquaeque ars Magistratum obtainuerant, summaque omnes erant in existimatione, excogitatum est, ut quatuordecim Virorum loco tres Cives,, *Priores*,,, nuncupati crearentur, qui ad duos menses suprema Reipublicae munera peragerent, vel populares essent vel Magistrates, sub ea conditio ne, ut quilibet Mercaturam aliasve artes exercent. Hi vero Priores post primum Magistratum sex unusve pro *Sextorio* quolibet fuere. (1) §. XI.

(1) *V. Sozomen. Pistor. ad ann. 1279. 1280. 1281.*

§. XI. Novus rerum ordo paci restituendae aptus videbatur; quum vero, qui potentes dicebantur, immanem tyrannidem in medii, & infimi gradus homines exercerent, ne id in Reipublicae ruinam converteretur, Magnatum ambitionem tali pacto coercendam esse putarunt. Anno enim MCCXLII. hominem quemdam popularem & Guelphum Iustitiae Vexilliferum elegerunt, cautumque fuit, ut mille Equitum Dux esset ob eam potissimum causam, ut Potentium vim iustos intra fines contineret; Ubaldum Rufulum primum eam potestatem iniisse exploratum est, ipseque iuribus, quae sibi concessa fuerant, utens solo aequari iussit Gallettorum Domos, quod nescio quis ex illorum genere, populari cuidam Florentino in Galliis necem intulerat (1). Quae fuerint Iustitiae Ordinamenta contra Magnates in tertia iam Dissertatione innuimus. Haec igitur ut exquerentur, Iano della Bella suadente, Ordinamentorum Iustitiae Executori commissum est.

§. XII. Nemo est qui nesciat, quae nova damna Florentinorum Respublica ob po-

1282. *Machiavell. Historiar. lib. 2. pag. 41. Edit. 1532. Fort. For. Fiorent. cap. 1. MSC.*

(1) *Sozomen. Pistoriens. ad ann. 1292. Machiavell. lib. 2. Historiar. pag. 42. Edit. 1532. Fort. For. Fiorent. cap. 2. MSC.*

potentium leges passa sit. *Gianus delta Bel-
la*, cuius consilio eae leges latae sunt, ipsa-
rum exequendarum occasione Corsum Do-
natum oppugnatorem habuit, tantoque ma-
gis Corsii ipsius vis praevaluit, ut *Gianus*
exilium subire coactus fuerit eodem appri-
me tempore, quo Iustitiae *Ordinamentorum*
rigorem Reipublicae Moderatores cohidue-
re. Cerchiorum pariter & Donatorum a
~~Cancellariorum & Panciatichorum~~ dissidiis
denuo excitatae omne Reipublicae systema
subvertere. Civilibus vero Cerchiorum ac
Donatorum factionibus impositus finis haud
esset, nisi Henricus Imperator VI. una cum
Ghibellinis exilibus recuperandae Italiae
causa arma etiam in Florentinos conver-
tisset. (1)

§. XIII. Mortuo subinde apud Bon-
conventum Imperatore Henrico (2) militi-
busque in Germaniam reversis, ab exten-
nis praehiis Florentini destitissent, nisi Hu-
guccio Fagiolanus Pisanorum Lucensium-
que Tyrannus Florentinos etiam sub sua
ditione habendi cupiditate non flagrasset,
uti in quarti libri Dissertatione animadver-
timus (§. XLIII.); his vero temporibus
Rempublicam praecipue perturbavit Lan-
dus

(1) *V. Machiavell. a pag. 42. usque ad pag. 50.*
&c. 2. Historiar. Edit. 1532.

(2) *Matthaeus Palmerius de Temporibus ad ann.*
1313.

dus ab Eugubio satellitum Dux infamis ; qui iam Florentiae Potesta's electus fuerat , ut Reipublicae mores restitueret . (1)

§. XIV. Diu quidem , fertur ab Histoticis , (2) immanem Tyrannidem Landus in Republica exercuisse , nisi Alberti Germaniae Regis Filia , iter per Etruriam agens , divisos Florentinorum Civium animos conciliasset , illiusque consilio Landum ex Urbe Florentini ipsi eiecssent . Sed quid ? Pulso ipsomet Lando ab Eugubio , Florentia Castruccii Castracani qui in Lucensis Urbis dominio Huguccioni Fagiolensi successerat , vi atque armis resistere coacta est .

§. XV. Ut igitur Castruccii conatus validius obssisterent Florentini , xii. crearebant viros , quos Bonos appellare placuit , quorum munus fuit , ea quae hoc in bello agenda essent , una cum Optimatibus & Iustitiae Vexillifero statuere ; cautumque fuit , ut duodecim hi boni viri ad res etiam pacis decernendas in posterum in maiori adessent Magistratu , uti inferius ostendemus . (3)

§. XVI. Primum xii. bonorum virorum consilium fuit , ut omnibus Reipublicae Reb-

(1) Ammirat. Histor. lib. 5. ad ann. 1315. & ann. 1316.

(2) Machiavell. lib. 2. Histor. pag. 51. Edit. 1532.

(3) Fort. For. Fiorent. cap. 4. MSC.

hellibus, qui foedus cum Castruccio iunxerant, liber in Patriam reditus permitteretur. Et sane, quum id sapientissime actum fuerit, Castruccium, cui Rebellium fides defuit, ab Urbis Pratensis obsidione tota animi vi Florentini reiecerunt; Etsi tamen Florentinorum votis fortuna annuisset, Nobiles inter & Populares contentio exorta est, nec ne Rebelles in Patriam recipiendi essent. At demum non sine Civici sanguinis effusione Nobilium vicit sententia, ipsique rebelles in Patriam rediere. (1)

§. XVII. In tanto rerum periculo excoxitatum est publicae securitati summum incrementum afferre posse, populi sociates in posterum tres vel quatuor Duces habere, quos sicuti societatum Populi Vexilliferis Florentini ipsis adiunixerunt Pennenerios dixere, eorumque cura fuit, una cum Populi parte iis in locis adesse, quibus, totius Populi societas cum Vexillifero adesse non expediret. Supremi etiam Magistratus in Optimatibus ac Iustitiae Vexillifero eligendis sistema renovatum est. Horum enim nomina qui ius repraesentandi maiestatem habebant, haud amplius iis, qui in Magistratu sedebant, eligere datum est, sed in loculis (2) quibusdam missa sunt, ut ex-

(1) *Macchiavell. Histor. lib. 2. pag. 52. edit. 1532.*

(2) *Vulgo „Borse“*

ex illis, duobus semper elapsis mensibus, ex
traherentur, utque neminem gravaret su-
spicio, ne suum nomen in loculo reperi-
tur, cautum est; ut semper post quadra-
ginta Mensium cursum Civium nomina in
loculos denuo coniicerentur. En igitur quae
fuerit apud Florentinos proiiciendi in locu-
los Civium nomina origo, in *Officialium* e-
lectione; quod sane institutum antiquis Ro-
manorum Comitiis (1) aequiparandum pro-
culdubio videtur. (2)

§. XVIII. Interea, et si Florentini Ca-
rolum Calabriae Duce, ut illis auxilium
in tot tantisque necessitatibus afferret, a
Roberto Neapolis Rege expostulassent, im-
pavidus tamen novos belli apparatus Ca-
struccius contra Urbem Florentinam strue-
bat, annoque tantum MCCXXVIII. & ex-
ternis bellis Florentia cessavit, quo Castra-
canius ex contracto ob nimium laborem in
Pistoriensi obsidione mörbo, e vita migra-
vit (3). Antiquam vero libertatem Floren-
tini recuperarunt mortuo Carolo Calabriae
Duce, quo tempore denuo Civitatem re-
formarunt, & antiquis Consiliis deletis,
duo alia Consilia perfecerunt, unum scili-
cer trecentorum popularium Civium, &
du-

(1) *Vulgo a Florentinis „ Squittini „*

(2) *Macchiavell. loc. cit.*

(3) *Matthaeus Palmerius de Temporibus ad ann. 1328.*

ducentorum quinquaginta Magnatum ac popularium alterum, quorum primum *Populi*, *Communis* alium appellarunt. (1)

§. XIX. Frescobaldorum ac Bardiorum, Magnatum ac popularium nova dissidia restitutum regimen illico perturbarunt. Ut igitur, si umquam fieri posset, pax in Civitate maneret, maxima sane oscitantia cautum fuit, ut Walterio Athenarum Duci omne Urbis Imperium traderetur, sicuti in prima nostra Dissertatione opportune adnotavimus, in qua etiam per decem tantum menses Tyrannidem Walterium exercuisse animadvertisimus. (2)

§. XX. Post Walterii violentam expulsionem quatuordecim partim populares, partimque Magnates viros selegerunt Florentini, quibus, ut una cum Episcopo Florentino politicum Reipublicae statum reformarent, commissum fuisse invenimus. Sex iam, uti diximus, in Regiones Urbs reperiebatur divisa, ac sicuti eadem Regiones eo tempore male distributae visae sunt, novam in *Quarterios* Civitatis divisionem perfecerunt, quorum primum, *Quartarium Sancti Spiritus*, *Sanctae Crucis alterum*, *Sancti Ioannis tertium*, & *Sanctae Ma-*

(1) *Macchiavell. Historiar. lib. 2. pag. 54. Edit. 1532.*

(2) *Mattaeus Palmerius de temporibus ad ann. 1342.*

Mariae Novellae quartum appellarunt (1). Cautum pariter est, ut in posterum tres tantum Piores pro *Quarterio* quolibet, sublata Vexilliferi Iustitiae & Vexilliferorum societatum Populi electione, crearentur, Duodecimque virorum etiam officio deleto, Octo Consiliariorum quatuor popularium & quatuor Magnatum Magistratum constituerunt. (2)

§. XXI. Haec vero reformatio, qua Magnates omne Reipublicae Imperium acceperant, ob populi iustos clamores statim fere sublata est. Nam quum Populares ut sibi restituerentur Reipublicae honores, ab Episcopo expostulassent, ipse que Episcopus Vir summopere bonus ob id potissimum quatuordecim Reformatores, qui nondum auctoritatem amiserant, convocasset, absque eo quod nullus popularibus favorabilis effectus sequeretur, tunc populares vi atque armis, unde legibus atque novis Civitatis institutis paullo antea depulsi fuerant, aditum sibi ad summos honores patefecerunt. Magnatibus igitur a Reipublicae regimine expulsis XII, bonorum virorum Magistratum, Iustitiaeque Vexilliferi & sexdecim societatum populi Vexilliferorum auctoritatem restituerunt, & gene-

(1) *Fort. For. Fiorent. cap. 1. MSC.*

(2) *Machiavell. Histor. lib. 2. pag. 57. edit. 1537*

nerale Consilium reformatum. (1)

§. XXII. Ad Annum usque MCCCLXXVIII. qui fuit Wenceslai Caesaris annus primus, hac regiminis forma usi sunt Florentini. Eo enim tempore, et si popolare Florentiae regimen esset, nulla tamen habebatur in Magistratum petitione ratio eorum, qui obscuru atque humili loco nati homines cum sordido quaestu victum tuebantur (2); quod cum per multas aetates haec mercenaria & infima plebs tulisset, per Majorum Civium discordias sublata honores Civitatis sibi concedi postulavit, quibus seditionibus Civitas sane quassata maximum detrimentum accepit. (3) Hinc factum est Michaelem Landum Carminatorem Supremam Vexilliferi, viginti & quatuor horarum spatio dignitatem occupasse, Communis Florentiae loculos plebem combussisse, loculisque ipsis plebeium ad arbitrium factis, plebs ipsa Reipublicae honores & ab illis, qui maioribus artibus & minoribus adscripti erant, & ab infima plebe exerceri posse decrevit. (4)

§. XXIII.

(1) *Macchiavell. Historiar. lib. 2. prope fin. edit.*
1532.

(2) *Michael Brutus Historiar. lib. 1. pag. 8.*
edit. Iunctae.

(3) *Matthaeus Palmerius de Temporibus ad ann,*
1378,

(4) *Fort. For. Fiorent. cap. 1. MSC.*

§. XXIII. Ob instabile vero plebis consilium ad unum tantum annum Reipublicae regimen ipsa habuit, quadere plebeio sublato regimine, & antiqua Reipublicae forma restituta, summa cum dignitatis accessione usque ad annum MCCCLXXXI. se gessit, quamobrem ipsi Magnates eo aevō summa contentione Iustitiae Vexilliferi honorem petere incoeperunt. Ab eo igitur tempore sive lege lata, sive, quod probabilius est, pertinaci studio Nobilitate pro eo honore decertante, qui summus in Civitate erat, neminem Vexilliferum delectum, qui non ex Familia nobili esset: Cum autem Cives in Artium Collegia cooptarentur (hae viginti & unius numerum explebant) qui ad honores & Magistratus admittebantur, ex his septem, quas maiores artes placuit appellare, quod neque sordidae neque illiberales essent in quibus ex Nobilissimis Familiis Cives censebantur, Civitati semper Vexilliferum dedere: idque ad MD. annum & xxxii. observatum, quo tempore Civitas Imperatoris Caroli V, coacta armis varium Reipublicae regimen cum Principatu commutavit. (1)

§. XXIV. His igitur omnibus, quae a Republica feliciter gesta & ab Historicis spar-

(1) Michael. Brutus Histor. lib. 2. pag. 8. edit. Junctae Fort. For. Fiorent. cap. 1. MSC.

sparsum relata sunt non sine taedio ac labore a me recollectis, ut Maiorum trium intrinsecorum Officiorum origo detergeretur, palam fit qua de causa Priores anno MCCLXXXII. (§. X.) creati fuerint, quoque pacto eorum dignitas aucta sit; Patet quam ob rationem post Landi ab Eugubio expulsionem xu. Bonos viros Florentini elegirint (§. XIII.); Cur post Walterii tyrannidem XIII. Boni viri deleti fuerint, (§. XX.) eorumque auctoritatem paullo post iisdem Florentini restituerint (§. XXI.). Patet denique anno MCCL. societatum Populi Vexilliferos institutos (§. V.), iisque demum Duces adiunctorum fuisse, quos Pennonarios vocarunt (§. XVII.). Cetera, quae intrinsecorum Officiorum originem demonstrant, quaeque minora dicta sunt, quae huius primi tractatus quinti libri partem pariter primam componunt, suis in locis inferius referenda supersunt.

§. XXV. Leges, quae a Castrense in hac prima huius quinti libri parte de trium Maiorum minorumque Magistratum eligendorum forma compilatione sunt, eaedem sane illarum sunt, quas Florentini reiecto Castruccio a Prati obsidione, & in Patriam restitutis rebellibus promulgarunt (§. VII.). Quum enim eo tempore in Comitiis tantum Magistratum electiones gerendas esse statuerint, leges ideo *de agendorum squat-*

206.

tiniorum Forma in statuto nostro re-
periuntur. (1)

§. XXVI. „ Scrutinia sine Partis Guel-
„ phae Magistratu, ac sex Mercantiae haud
„ gerebantur. (2) scrutinatores se ipsos pro
„ Officiis scrutinare non poterant, (3) nu-
„ merus Dominorum Collegiorumque sta-
„ tuitur, quique esse deberent ex septem
„ Maioribus, quatuordecimque minoribus
„ artibus ceterisque officiis decretum est (4).
„ De modo tenendo in tracta Dominio-
„ rum (5); De iuramento Dominorum &
„ Collegiorum (6). De tempore, modo &
„ forma iurisurandi Dominorum & Col-
„ legiorum caustum fuit. (7) Protestatio-
„ nes fieri debebant Rectoribus intra quin-
„ decim dies, & una sufficiebat, (8)

§. XXVII. „ Diversae sunt leges, quae
„ in statuto nostro de mercedibus & expensis
„ Dominorum eorumque Notario (9) statu-
„ untur; De numero Domicellorum, Mazerio-
„ ram, Praeceptorum aliorumque familia-
„ rum,

(1) *V. Prim. Stat. Tract. lib. 5. Rub. 3. &c.*

(2) *Rub. 5.*

(3) *Rub. 6.*

(4) *Rub. 7.*

(5) *Rub. 8.*

(6) *Rub. 9.*

(7) *Rub. 10.*

(8) *Rub. 11.*

(9) *Rub. 12.*

, rium, mercedes praescribuntur. (1) Domini
 celli & Mazerii nil per Ambasciatas
 accipiebant (2). Nullus de Dominis
 Prioribus Ensenium aliquod extra Palá-
 trium mittere poterat. (3)

§. XXVIII. „ Quod fuerit Dominorum
 rum Priorum & Iustitiae Vexilliferi
 officium, (4) quaeque observantiae Domini
 norum Priorum in deliberationibus (5). ex
 ipso statuto colligimus. Domini Piores Cap-
 merarios Religiosos Camerae, armorum, &
 ratiocinatores sive rationarios, & Provi-
 sores creabant. (6) Piores. Iustitiae
 Vexillifer eorumque Notarius Syndicatus
 subiecti erant (7). Domini ipsi cum Col-
 legiis & Regulatoribus revidere faciebant
 rationem introitus. & exitus Commu-
 nis (8), quod sicuti Rationerum Offi-
 cium fuit, illud per substitutum gerere,
 illis vetitum erat, eti rationeris scribere
 nescissent. (9) „ Cetera vero, quae a
 Rubrica quinquagesima octava usque ad cen-
 tesimam decimam sextam nostro in statuto

V 2

le.

(1) Rub. 13. &c. 14.

(2) Rub. 15.

(3) Rub. 16.

(4) Rub. 17.

(5) Rub. 18.

(6) Rub. 19. &c. seqq.

(7) Rub. 45. &c. seqq.

(8) Rub. 57.

(9) Rub. 58. usque ad Rub. 63.

leguntur, omnia sane, circa Dominorum & Iustitiae Vexilliferi officium in variis eligendis Magistratibus versantur.

§. XXIX. Dominorum Tabellionis vel scribae officium in Republica erat. (1) Nun-
cios sive, uti ait statutum, *Ambasciatores* Domini eligebant. (2) Tabellionem vel scribam Reformationum Communis crea-
bant, (3) cui solum quendam sive coadiu-
torem dabant. (4) *Extractionum* Notarium
seligebant. (5)

§. XXX. Nullus factio[n]e Ghibellinus ad aliquod Officium admittebatur; (6) alien-
igenis forensibus, (7) ac non originariis de Urbe vel Comitatu Florentiae (8) mu-
nus aliquod Reipublicae gerere prohibitum erat. Non legitime nati ab officiis arce-
bantur. (9) Admissi ad aliquam Artem, quam non exercebant, si de loculis extra-
herentur, officium pariter exercere non po-
terant; (10) qui non solvebant *praestagia*,
ce*-*

(1) *Rub.* 116. &
ib. 117.

(2) *V. Stat.* & *Rub.* 118. usq. ad *Rub.* 226.

(3) *Rub.* 228.

(4) *Rub.* 229. 230.

(5) *Rub.* 231. usq. ad 238.

(6) *Rub.* 240. 241.

(7) *Rub.* 242.

(8) *Rub.* 243.

(9) *Rub.* 245.

(10) *Rub.* 246.

(1) cessantes & fugitivi, (2) Carcerati, (3) Condemnati, (4) Habentes debitum cum Communi Florentiae, (5) Magnates facti populares, (6) Bannitique (7) honoribus Republicae non fungebantur. Si denique extracti ad tria maiora Officia ad Consulatus officium extrahebantur, tunc demum, ut statuti verbo utar, remittebantur. (8)

§. XXXI. Per multa alia, quae a Florentinis constituta sunt, hic loci referenda essent; verum lectorum ante oculos propo- nendum solum puto, quo pacto primi Statuti nostri Tractatus primae parti finis a Castrense imponatur. A rubrica igitur cclxx. usque ad totam aliam ccex. „ De devertis ab Officiis „ leges praescribit legislator Castrensis; Officium Notarii Speculi a Rubrica ccxxi. usque ad totam aliam ccxxii., modumque eligendi Pennoneros in Rubrica ccxxiii. constituit: De Pennoniorum vero munere superius actum est (§. XVII.). Notarii speculi munus fuit, eorum qui prae- stigia Communi non solvebant, centum &

V 3

(1) Rub. 247.

(2) Rub. 248.

(3) Rub. 249.

(4) Rub. 250.

(5) Rub. 251.

(6) Rub. 252.

(7) Rub. 253.

(8) Rub. 254.

fortunas in libro quodam apponere, ut huiusce rei in poemam eorum nomen tanquam in speculo indueri licet. (1) Cetera, quae a Rabrica cccxix. usque ad totam & ultimam ccclv. diversa *Magnatum Ordinamenta* leguntur, cum iis, quae in tertio libri tertii statutorum tractata exposita sunt, fere conveniunt.

§. XXXII. Prima huiusce tractatus parte a Castrelio absolute, ad ea statuenda Legislator Paulus procedit, quae iura & obligationes aliorum Republicae Magistrorum amplectuntur. Munus praecepit Vexilliferorum societatum populi circa ignem praescribitur, (2) quod sane antiquissimum extitisse Thomas Fortius existimavit, (3) eoque tempore quo ipsi societatum populi Vexilliferi creati sunt, munus hoc adiunatum illis fuisse credendum est. (4) Homo enim quidam ex societatum ipsis Vexilliferis Quarteris cuiuslibet eligebatur *decenti virorum caput nuncupatus*, cui quatuor alteri structoris Artis Magistri, ac duo *Maniales* subiecti erant. Hi vero singulis diebus a Republica pensionem aliquam habebant,

& ne-

(1) Michael Brut. *Histor. lib. I. pag. 11. edit. Inunciae.*

(2) V. secundam primi Tractatus partem lib. 5. a Rub. I. usq. ad Rub. II.

(3) Fort. For. Fiorent. cap. 33. MSC.

(4) Vid. superius §. V. & §. XVII.

& necessaria instrumenta ignis sedandi ca-
ussa domi retinebant.

§. XXXIII. In memoriam etiam hic
loci revocanda videtur illa Florentinorum
lex, qua cavebatur „ quod in Urbe Flo-
„ rentina perpetuo in scientiis omnibus ge-
„ nerale studium esse deberet „ (1). Nec
mirum sane est suis in legibus Florentino-
rum Rempublicam scientiarum studia, quae
tanto atimi ardore Florentini ipsi omni ae-
vo professi fuerant, promovisse. Namque
eruditissimo Viro Angelo Maria Bandinio
(2) teste, Lotharius Augustus & Italiae Rex,
Florentiae anno DCCCXIX. publicum Gym-
nasium aperuerat universis Etruriae studio-
nis, quod cum deinde iniuria temporum
foristan excidisset, Tusci usque ab Anno
DCCCX. ad Othonem I. Imperatorem le-
gatos misere, ut a clementissimo Principe
virum aliquem doctrina praestantem confe-
querentur. Advertendum tamen est in hi-
scie literaturae nostrae incunabulis sacerorum
tantummodo Codicum studia primitus ex-
ulta fuisse; humanarum autem literarum
nomen vix noverat Florentini ad tempora
usque Henrici Septimielensis, qui anno
MCLXXXIX. illud de diversitate fortunae &
Philosophiae consolatione poema in Libros

(1) *V. Stat. in 2. Tract. usque ad Rub. 17.*

(2) *Specimen Litterar. Florentinae Seculi XI. in
pref. pag. 15.*

IV. distinctum conscripsit, quodque adeo omnium plausu receptum est, ut in publicis scholis perlegeretur.

§. XXXIV. Omnium vero studiorum Gymnasium Clementis VI. tempore Florentiae stabili quadam forma institutum fuisse ex diligenti Florentinae Antiquitatis investigatore Dominico Maria Mannio (1) ediscimus. Anno enim MCCCXLVIII. ipse Pontifex Florentinis creandi tum sacrarum tum profanarum rerum Magistros facultatem impertitus est, eodemque tempore perfectum fuisse legimus, quod iam nullo effectu sequito generali Reipublicae decreto anno MCCCXX. sancitum fuerat, ut & in Canonico & in Civili iure & in Hippocraticis arte Doctores, & in aliis scientiis Oficiales utiles ad studium generale eligerentur.

§. XXXV. Hae vero Florentinorum leges omni quidem laude dignissimae anno, uti diximus MCCCXX. paratum haud habuerunt exitum ob diuturnam pestem, quae Etruriae Regiones affixerat. Nam Matthaeus Villanius (2) a laudato Mannio (3) relatus afferit anno MCCCXLVIII. annuente Clemente VI. Florentinos studium

(1) V. „Sigilli dei Secoli bassi“ Tom. 3. pag. 29. Sigill. 4.

(2) Historiar. lib. 1. cap. 8.

(3) Loc. cit.

dium generale instituisse, post terribile
hoc infortunium, eodemque tempore studii
Officiales, de quibus in statuto nostro fit
mentio, elegisse. Generalis autem studii
locum in Thedaldae Familiae Domibus qui-
busdam assignatum fuisse ab ipso Matthaeo
colligimus. (1)

§. XXXVI. Nil de Florentini Gymnasi
augumento praefandum puto. Notissimum
enim est id praefertim anno MCCCCLVII.
actum fuisse, quo Christoforus Landinus
solemni Reipublicae decreto latinarum li-
terarum Professor renunciatus est (2), ut
ex publicis Lycei nostri libris in Archivo
Reformationum existentibus colligere possu-
mus. Aureae literarum atque omnigenae
eruditionis aetates Cosmae Patris Patriae
Petrique Filii Mediceorum, Laurentii Ma-
gnifici & Leonis X. non simplicem enarra-
torem, sed Philosophum adhuc expectant,
qui exarata Civili Etruriae Historia, quae
fuerint his temporibus Florentini Athenaei
conscriptab incrementa.

§. XXXVII. Illud unum hic loci ad-
vertendum censeo, venientibus temporि-
bus

(1) Loc. cit. ubi etiam legitur Bulla Clementis
VI. lata Avenione die 31. Maii 1349.

(2) Vid. praelaud. Angel. Mariam Bandinum
„Specimen literat. Florent. seculi XV. Tom. I.
„§. XVI. not. sub num. 1. & sequentibus Adno-
„tationibus.

bus & praesertim Cosmo I. Medice Etruriam regente, studii generalis Magistratus politiam fuisse fere immutatam. Nam cum privata quaedam Humidorum Academia Anno MDXL Stradinii in Domo orta (1) anno MDXLI., ipso Cosmo Etruriae Duce mandante, publica evasisset, (2) eiusque statuta ab auctoritate publica comprobata essent, (3) ipsius Academiac Consul, una cum Censoribus aliisque Academiae Officialibus Generalis Florentini studii & Universitatis supremus curator designatus fuit. (4) Academia vero, quae nunc etiam *Sacra Florentina* dicitur, eo tempore, ut tali pacto nuncuparetur, cautum fuit. (5)

S. XXXVIII. Statutis, quae ad promoverendum generale studium apta videbantur sequuntur leges, quae de Officio & Balla adprobatorum statutorum artium disponunt; (6) de his vero in prima iam Disser-

(1) Rilli „Notizie Letterarie ed Istoriche intorno agli Uomini Illustri dell' Accademia Fiorentina“, Praef. pag. 18.

(2) Rilli. loc. cit. praef. pag. 19.

(3) „Libro, Capitoli, composizioni e Leggi dell' Accademia degli Umidi creata l' Anno 1540. regnante l' Illustriss. ed Eccell. Sig. Duca Cosimo Medici in Casa dello Stradini“ MSC. in Biblioteca Mogliabecchiana.

(4) Rilli. loc. cit. pag. 19. Salvinus Salvini in Fast. Consul. Academiac Florentin. in praefat.

(5) Rilli. loc. cit. pag. 20.

(6) V. Stat. a Rub. 18. usq; ad Rub. 24.

315

sertatione verba fecimus. (§. LXV.) *Officialium quoque Abundantiae munus hic loci a Statuto describitur;* (1) at de his quoque lato calamo in Dissertatione quarta disserimus (XL.)

§. XXXIX. Honestatis Magistratus leges deinde referunt Castrensis (2) *Officialles erant octo Cives populares & Guelphi, Tabellionemque unum subiectum habebant.* Horum munus fuit statuere, quo in loco scortorum Domus esse deberent, Tesseram & scortis & lenonibus pro eorum securitate concedebant, pensiones a scortatoribus scortis ipsis solvendas statuebant, poenitentia in Meretrices ab honestatis Magistratu non adprobatas irrogabant. (3) Hodie vero munus hoc Octovitum Custodiae & Baliae Magistratui adianctum esse inspicimus.

§. XL. Post *Officialium Honestatis munus*, illud etiam officium a Castrense relatum est, quod duo Monetae Magistri exercebant, (4) quorum sane antiquissimam originem non satis aperte dignoscimus. Nam et si, Ricordano Malaspina, (5)

&c.

(1) *V. Stat. a Rub. 24. usq. ad Rub. 32.*

(2) *V. Stat. a Rub. 33. usq. ad Rub. 34. per tot.*

(3) *Forr. For. Fiorent. cap. 52.*

(4) *Stat. Rub. 35.*

(5) *Historiar. cap. 152.*

& Joanne Villanio (1) testibus, & ut in
tertia Dissertatione (§. XLVIII.) nostra de-
monstravimus, post terribilem cladem ad
Montis Alcini Oppidum in Senenes a Flo-
rentinis gestam anno MCLII., Florentini ipsi
Florenos aureos cudere inceperint, ideo-
que duorum Virorum Monetae constituisse
Magistratum praesumendum sit; id nullo in-
dubio documento comprobatur.

§. XLI. Etsi vero, qui arbitrati sunt
eo tempore hos Monetae Magistros non
exitisse, afferant Florentinos suos nummos
in Monetali Lucensium officina cudisse (2)
ex eo tamen minime eruitur, quod Floren-
tini illum Monetae Magistratum non adhuc
creassent. Animadvertendum enim cen-
seο anno etiam MCCCXV. Volaterranos Ep-
iscopos in eorum Monetaria officina num-
mos Florentinos perfecisse, eodemque tem-
pore Florentiae quoque munus suum Mone-
tae Magistros administrasse. (3) Dubio enim
procūl est, ut ex Vincentio Borghino colli-
gimus (4), paullo post annum MCCC. Mone-
tariae Officinae Magistros arbitaria qua-
dam signa, vel propria Familiae stemmata

in

(1) *Historiar. lib. 6. cap. §4.*

(2) *Comes de Carolis Tom. 2. pag. 4.*

(3) *V. Audorem Tractatus „ Della Moneta dei
„ Fiorentini „ post alium tractatum „ Della
„ Decima „ cap. 2.*

(4) „ *Della Moneta Fiorentina „ pag. 246. 247.*

in aureis Florenos imprimere incepisse, uti
praeципue eruere datum est ex anni MCCCIII,
Floreno, in quo Buoninsegnius de Machia-
vellis Ampullam quandam in Floreno inscul-
ptam voluit, idque pariter demonstratur ex
alteris anni MCCCIV., in quo Amussis, an-
ni MCCCVI., in quo pyrum, anni demum
MCCCLXII., in quo Upupa, Donatus Antel-
lensis Monetae Magister, ut imprimeren-
tur, curavit.

§. XLII. Duo Monetae Officiales,
quorum alter ex Mercatorum Kallismalac
parte eligebantur, alter vero in argentaria
mensa exercitatus erat, diversa munera
gerebant. Kallismalae enim Artis Officialis
in aureis Florenis, alter in argenteis nulla
accepta mercede, imprimebant. (1) Duo
hi aestimatores & monetarum examinato-
res habebant, quorum munus fuit penes se
habendi nummorum pondera, (2) quod sa-
ne Officium, Vincentio Borghinio teste, (3)
a lege anni MCCCXXII. privatorum cuique
exercendi facultas concessa est. Caelato-
res demum duos, duos ferri cufores omne-
sque alios Magistratus Ministros iuxta op-
portunitates Monetae Officiales creabant.

§. XLIII. Descriptis autem legibus,
quae duorum Monetae Officialium munus
de-

(1) *For. For. Florent. cap. 53. MSC.*

(2) *Vid. stat. a Rub. 34. usq. ad Rub. 54.*

(3) „ *Della Moneta dei Fiorentini* „ pag. 248.

definiant, diversae etiam „ De officio, &
 „ Auctoritate Octo Officialium Custodiae &
 „ Baliae Civitatis Florentinae „ Rubricae
 in nostro statuto reperiuntur. (1) De illis
 vero dictum alibi est. (2) Illis succedunt
 aliae, quas post Pistorii, Volaterrarum,
 Arretii Pisarumque adeptum dominium a
 Florentinis latae fuisse, credendum est. Ab
 illis enim cayebatur, ut quolibet sexto
 Anno extraherentur de loculis Cives popu-
 lares & Guelphi, qui sex Arretii & Pistorii
 dicerentur, quibus iniunctum esset onus
 agendi, ne in Pistorii, Volaterrarum, S.
 Miniati, Montispolitani, ac decem &
 octo akiorum oppidorum Arcibus, quae a
 Thoma Fortio (3) memorantur, cuiuscum-
 que generis commeatus umquam defice-
 rent; belli ipsi comparabant necessaria,
 militaremque artem ipsis in arcibus ob-
 continua Militiae exercitationem excole-
 bant. (4) Sex vero Arretii, ut cum statu-
 to loquar, illam habebant Balam super
 bonis exbannitorum Civitatis & Comita-
 tas Arretii, quam habebant Officialles Tur-
 ris Florentiae super bonis exbannitorum
 Florentinorum (5), ut in quarta differen-
 tiatione videre est. (S. VIII. & IX.)

S. XLIV.

(1) V. Stat. & Rub. 55. usque ad 38.

(2) V. Tertiam Differt. § III. & IV. & sequen-
 tem Appendicem per eosum.

(3) For. Florent. Cap. 56. MSC. (4) V. Stat. Rub. 55.

(5) V. Stat. & Rub. 76. usq. ad Rub. 92.

§. XLIV. Decem pariter alii viri alterum efformabant Magistratum, qui decem Pisarum Provisores dicti sunt, (1) quique praeципue Monetalis Pisarum officinae res curabant, Arcium, oppidorum, Urbis ianuarum, Pisanique portus custodiam habebant; in Insulis omnibus Pisani Communis iurisdictionem exercebant, Castri Liburni Officiales creabant, (2) milites eligebant, utque paucis omnia complectar verbis; Decem Pisarum ac sex Arretii virorum una eademque fere auctoritas erat.

§. XLV. Ceterum, si Nicolao Machiavello fides adhibenda esset (3), dum afficit ab anno MCCCLXXXI. usque ad annum MCOCXXXIII. Florentinos sua sub ditione Pistorium, Volaterras, Arretium, Montempolitianum Pisasque redegisse, afferendum quoque esset iam inde a temporibus, quae ab Anno MCCCLXXXI. usque ad annum MCOCXXXIII. delapsa sunt, sex Arretii, ac Decem Pisarum Magistratum originem repetendam esse; verum, quum potius a veritate alienum non sit anno MCCLII. Pistorium a Florentinis fuisse receptum, (4) Volaterranos Anno MCCCLXI. in Florentinorum

po-

(1) *V. Stat. Rub. 93.*

(2) *V. Rub. 100. usq. ad Rub. 105.*

(3) *Historiar. lib. 3. in fin.*

(4) *Matthaeus Palmerius de Temporibus ad Ann. 1351.*

potestatē rediisse, (1) Arretium Anno M^ccclxxiv. in Populi Florentini Dominium devenisse, (2) Montempolitanum se dediisse anno Mcccxc. Florentinis (3), Pisisque demum anno Mcccciv. bello ac fame dormitas Florentinorum armis fuisse subiectas, (4) a temporibus ideo, quae delapsa sunt ab Anno Mcccli. usque ad annum Mcccciv. Decem Pisarum ac sex Arretii Magistratum origo repetenda potius videtur.

§. XLVI. Post sex Arretii decemque Pisarum a statuto memorantur alii Officiales, qui a conductis Militibus ad Communis stipendia, *Conductae Officiales*, dicebantur, quorum munus vetustissimum anno Mcccvi. a Scipione Ammirato (5) memoratum invenimus. Suam hi iurisdictiōnem exercebant & in Equestribus & in pedestribus militibus, ipsorumque Officialium cura fuit, ut Communis Milites universi ante eos sacramentum dicerent tum bellum pacis temporibus, nulla periculi habita ratione, Rempublicam defendendi. (6)

§. XLVII. *Conductae Officialium elec-*
tio.

(1) *Matribaeus Palmerius ad ann. 1361.*

(2) *Idem ad ann. 1384.*

(3) *Petrus Minerbettus in Cbron. ad Ann. 1390.*

(4) *Marangon. Histor. Pisar. in fin.*

(5) *Histor. ad ann. 1316. pag. 270. Stat. rub. 100.*

(6) *Ferr. For. Florent. cap. 57.*

ctionem eo potissimum aevi mandatam esse
a Republica credendum puto, quo veteri
sublato more Florentiae (§. V.) ut in ce-
teris (1), Italiae Civitatibus, anno MCCL.
introducto obstringendi tum Cives tum Flo-
rentinae ditionis colonos in Reipublicae
externis & internis necessitatibus ad arma
capienda, cautum fuit, ut *Solidarii*, *Sol-
darii*, *Soldanerii* vel *stipendiarii*, Reipubli-
cae Milites in posterum dicerentur; ex quo
non sine Reipublicae bono factum est, ut
Artifices ad arma amplius non procede-
rent, domique suis operibus vacarent,
neque amplius Messis praecipue & vinde-
miarum tempore, quo Reges belli rumores
excitant, Coloni relictis propriis operibus
in re militari occuparentur. (2)

§. XLVIII. Quoniam vero statutum,
dum *Officialium Conductae munus* describit,
permultas de re Florentina militari Consi-
tutiones exponit, (3) ex quibus eruitur,
illas proculdubio eadem esse, quas in Ita-
lia Longobardorum Natio constituerat, hinc
est ab illis memoratos legi *Centenarios*, no-
stris temporibus *Centuriones*, *Millenarios*
apud nostrates *Tribunos*, *Gonfalonerios* no-
stra aestate *Vexilliferos*, *Cattaneos* vel *Ca-*

X

(1) *Murat. Antiquit. med. aevi Diff.* 20. Tom. 1.

(2) *Galvau. Fiam. de Reb. Azon. Vicecomit. ad
Ann. 1340.*

(3) *V. Ital. a Rub. 107. usq. ad Rub. 134.*

saneos, hodie Duces nuncupatos. *Turrium* etiam nostro in statuto sit mentio, *Vallorum*, propugnaculorum, murorum, portarum sive *Portellarum*, *Catheractarum*, *Antemuralium* denique, murorumve inferiorum, a quibus altiora Urbis moenia sustinebantur, quae sane omnia Longobardorum inventa ex Ioanne quoque Villanio (1) Florentinos adoptasse colligimus.

S. XLIX. Oppida, Arces Munitaeque Urbes ante Constantiae pacem ab Imperatoribus tantum & subsequentibus temporibus ab Italicis Rebuspublicis non solum, sed a ridiculousoribus Regulis & Episcopis possessae, Militaris Architectonicae artis partem apud Florentinos etiam efformasse Statutum demonstrat. Quoddam pariter apud Florentinos erat Castrum, quod uti penes ceteros Italiae populos *Cassarum* vocabatur. *Cassarum* vero a ceteris munitis locis non parum distare apertum est ex quadam Imperialium Iudicum sententia a Muratorio (2) relata, qua decretum invenimus, ut Massensis Etruriae Urbs, Martino ipsius Urbis Episcopo, *Castri* *Turres* & *Casseri* tradere teneretur. Nostrum demum statutum & Historia *Castella* quaedam memrorant ex bitumine & Afferibus aedificata, quae

(1) *Ioann. Villan. lib. 9. cap. 135. &c. cap. 257.*

(2) *Murat. Antiq. Med. Aevi Disserr. 27.*

323

quae *Battifolles* vocant (1), qui sane *Battifolles* non uti Du-Gangius & Menagius arbitrati sunt, *Batifredi* sive mobiles quae-dam turres solo coaequandi caussa Urbis moenia constructae, appellandi exant, sed *Bastiae* potius, quas uti *Battifolles* ex bitumine asseribusque Longobardi construe-bant. (2)

S. L. Per multa sane fuere belli munia, quibus apud Florentinos barbaricis seculis, aequa ac in ceteris Italiae Urbibus, Militiam exercentes utebantur; Aedificia vero, quae apud ceteros populos, ad saxa in hostes facilius iniicienda destinata, nuncupabantur *Bricolae*, *Manganæ*, *Petrariae*, *Predariae*, *Tortorellæ*, *Trabucchetti*, *Trabuc-chelli*, *Manganellæ*, Florentini duobus sub nominibus „*Difici* „ scilicet, & „*Trabucchi* „ comprehendebant; quae omnia si Etrusci Sermonis Academicis fides adhibenda est, nil aliud, quod apud latinos *Ingenium*, *tormentum*, vel *Aedificium* significare ipsi testantur. Academici vero ipsi falluntur, dum putant Latinorum *Arietes* & *Tessudines* unum idemque esse ac Ma-chinas quasdam, a quibus Milites tecti Uri-bum muros suffodiebant, *Vineas* a Veteri-
bus

X 2

(1) *Ioann. Villav. Hisbor. lib. 5. Cap. 2. & lib. 6. cap. 4. & lib. 10. cap. 171.*

(2) *Porcellini lib. 9. Commens. ad Chronicen. Parmen. Ann. 1295.*

bus, *Gattos Longobardorum tempore appellatas*; Palam enim sit error ex Francisco Bernio, qui cecinit

,, *Gatti tessuti di Vincchi e di legno*, ,,

& ex Bartholomaeo Patina, (1) qui ait *Gattum* nil aliud fuisse, quam naviculam quamdam undique cooperatam, e cuius latere fenestra relinquebatur, unde tuto securibus ac dolabris solo aquare muros licebat.

§. LI. De Militari veste, qua Milites antiquitus utebantur, plurima penes Muratorium (2) videnda sunt. Milites vero ob diversa, quae ministrabant arma, variis nominibus vocabantur. Nam si scutum, parmulam, Clypeum, Clypeum magnum, sive ut aiebant, *Pavenses* tractassent, *Pavisarii* vel *Pavisatores* dicebantur; (3) si iacula telave missilia, *Sagittarii*; si iacula cum Balistis eieciissent, *Arcarii* vel *Arca-tores*, vel *Balistarii* & *Balisterii*. Ioannes Villanius (4) de *Gialdoneris* verba facit, cuius nominis Etrusci sermonis Academicorum notionem deperditam esse autem auctorunt: Verum pro certo est *Gialdonerios* milites

(1) *Lib. 4. Histor. Mantuan.*

(2) *Antiquit. Italic. Dissert. 27.*

(3) *Du-Gangius Verbo „Pavisarii“*

(4) *Histor. lib. 9. cap. 70.*

lites quoddam dictos fuisse; quod lanceis
armati ad bellum procederent, lanceamque
& Gialdam ex ipso Villanio, Iunctorum a
singulari diligentia in lucem edito, unum
idemque esse eruitur; Nam non de *Gialda*
sed de *Lancea* in eo mentio fit. Anno de-
mum MCCLXVI. Francisco Pippinio teste (1),
Italici populi Francorum exemplo pugioni-
bus, ensibusque, quae caesim & punctim
feriebant, uti ceperunt. (2)

§. LII. Unum postremo hic loci animad-
vertendum censeo Florentinos, quando ipsi
ad solemnem & generalem Exercitum pro-
cedebant, Plastrum quoddam dacere con-
sueisse binis bobus tractum, quod *Caro-
chium*, uti ceteri Italiae populi appella-
bant. Ligneum in eo tabernaculum repe-
riebatur capiens aliquam hominum quanti-
tatem, in cuius medio sublimis erigebatur
hasta aereo cum pomo deaurato, in qua,
alia inter insignia, Communis Florentiae
Vexillum extollebatur. (3) Nisi vero *Ca-
rochium exercitum anteiret*, ne ipsi quidem
Milites castra sequebantur.

§. LIII. Ut ea omnia, quae ad rem
militarem pertinebant, recta atque constan-
ti methodo regerentur, praeter *Conductio*

(1) *Historiar. lib. 3. cap. 45.*

(2) *Sidon Apollin. Tom. 3. Epist. 3.*

(3) *Malasp. Histor. cap. 164. Machiavell. Histor. lib. 2. pag. 37. & 38. edit. 1532.*

Officiales alter Magistratus „ *Officialium* „, *defectuum* „ dictus in Republica erat, ipsiusque praecipua cura fuit, militum nomina, qui officia deferebant in quasdam ad id designatas tabulas referre (1). Officium vero stipendiarios Communisque Milites deseruisse intelligebatur, si *Monstrorum* tempore ante eos, quibus huiusc rei cura demandata erat, haud apparuissent; vel si apparuissent „ *Panceriam*, sive *Cassetam*, *tum*, *Gamberias* sive *Sebinerias*, *Collare*, „ *Chirothecam* ferri, *Capellinam* vel *capellum* ferri, *Elmum*, *Scutum*, & *Spatham*, „ *Spontonem*, & *Cultellum*, *Equum* & „ bonam sellam ad equum (2) „, non habuissent. Severae praesertim pecuniariae poenae in Codice nostro in Milites tali pacto delinquentes statuuntur, ipsaeque omnes *Defectuum* Officialibus a Militibus ipsis solvebantur.

§. LIV. Paullus demum *Castrensis* „, De numero & Officio *Officialium Castrorum* „ (3) leges suo in Codice proponit, ut rerum Militarium tractatus absolveretur. Horum vero quinque virorum munus idem quidem erat ac illud sex Argentii (§. XLII.) decemque Pisarum (§. XLIV.)

(1) *V. Stat. & Rub.* 135. usque ad eorū. *Rub.* 148.

(2) *V. Stat. loc. cit. Port. For. Florens. cap.* 59.

(3) *Rub.* 149.

XLIV.) quoad ceteras Florentinae ditionis Arces, quae omnes vel Maiores vel secundi vel tertii essent gradus (1), a quibusdam ipsarum Arcium Praefectis regebantur.

S. LV. Antequam secundae primi Tractatus Parti libri quinti finis a Castrense imponeretur, opportunum ipse putavit recensere leges, a quibus Fiscalis Camera seu Fisci negotia dirigebantur. (2) Huiuscem Magistratus apud Tuscos origo vetustissima proculdubio existimanda est, ac modo fidem praestemus Franciso Florentinio (3), Etruriae Duces & Marchiones Cameram Fiscalem habuisse patet. Adalberti etiam Marchionis Charta quaedam a Muratorio relata (4) id ipsum testatur, idque pariter palam fit ex placito Adalberti Etruriae Marebionis sacrique Palatii Comitis Anni DCCCI., & ex Diplomate Bonifacii Comitissae Mathildae Patris Anni MLVIII., variisque aliis posterioribus Diplomatis ab ipso Anno MLVIII. usque ad Annum MCV. exaratis, in quibus omnibus nunc de Camera Fiscali, nunc de Camera loqui videntur. Illud vero Officium, a quo res omnes ministrabantur, quae in Principatus Patrimonio erant, quorumque administratio, quasi

X 4

la-

(1) *Fort. For. Fior. cap. 13. 14. 15. 16. MSC.*

(2) *Rub. 173.*

(3) *Lib. 3. in Vit. Comitissae Matildae.*

(4) *Antiquit. Med. Aevi Dissert. 17.*

laboris stipendia, in usum & usumfructum Reipublicae pro imperii tuitione bonoque regimine a subiectis concedebantur, stabili quadam forma gubernatum fuisse autumo anno MCCCXXXVI., quo tempore ex Ioanne Villonio (1) florenos annuos termille Reipublicae censum constituisse compertum est. Triginta enim & quatuor proventuum capita Reipublicae redditum efformabant.

§. LVI. Cameram Fiscalem, seu Fisci Tribunal suam exercuisse auctoritatem eodem adamussim paeto, quo ipsa primae suae institutionis tempore illam gerebat, non Reipublicae tantum, sed etiam Principatus aevio, id a Lege vulgo *Pulverina* anni MDLV. confirmatum invenio; ipsisque idcirco subiecti erant ii omnes, quibus diversorum proventuum exigendorum cura commissa fuerat, ut postea proventus ipsos libere Camera Fiscalis incorporaret. Reipublicae vero census capita, si ea, quae tradit Ioannes Villanius (2), cum iis a Benedicto Varchio relatis comparemus (3), illa fere eadem a Civibus Principatus tempore soluta fuisse observabimus.

§. LVII. Fiscalis Cameræ Iurisdictio usque ad Francisci Lotharingii Imperatoris Regnum Florentiae perseveravit. Augusti
vcr-

(1) *Ioann. Villan. lib. 2. cap. 9.*

(2) *Loc. cit.*

(3) *Historiar. lib. 9. pag. 260.*

vero tempore Etruriae totius publicorum
redituum administratio conductoribus qui-
busdam relicta est ea conditione, ut an-
nuam pensionem Etruriae supremo Mode-
fatori persolverent, illudque pariter su-
premium Consilium vulgo „Delle Finan-
ze“ creatum fuit, cui publicae Oecono-
miae curam demandatam invenio. Civiles
vero contentiones, quae inter Vestigalium
Conductores & Privatos, quaeque inter
Cives quoad vestigalia omnia exoriri po-
terant, iussum est, ut non uti antea a di-
versis Officiis, quibus variorum reddituum
exactio commissa esset, sed a Camera qua-
dam „Magna Ducali“, nuncupata, quae
ab Augustissimo Imperatore Francisco anno
MDCCXL. iam constituta fuerat, (1) diri-
merentur; quadere patet eo tempore Fisci
Magistratus sive veteris Communis Came-
rae iurisdictionem fere evanuisse, ipsique
dumtaxat Rebellium bona fuisse relicta,
multasque, quae pro variorum Criminum
poenis solvendae erant. Hodie vero Petro
Leopoldo Sapientissimo Etruriae Magno
Duce, Vestigalium conductoribus sublatis,
omnem Regni Oeconomiam publicam ob-
iustissimas prudentiae Civilis caussas, quas
hic non est mei muneris recensere, ipsiusmet
Principis nomine gerendam esse decrevit.

§. LVIII. Hisce omnibus expositis demon-
stra-

(1) V. Leg. 31. Decembri 1740.

stratur temporibus nostris inutiles omnino esse Codicis Florentini Rubricas, quae Camerariorum (1) Capseriorum (2) Notariorum (3), Custodis Masseritiarum (4) Camerae, & Regulatorum introitum & exitum Communis Florentiae (5) officium praescribunt; illudque unum illustrandarum Antiquatum Florentinarum caussa animadverendum censeo Camerae Provifores Officialium, uti aiebant „Banchi“ diversa etiam munera pertractasse. (6) Camerae enim Provifores, quibus Officialium Banchi negotia, uti diximus, coniuncta erant, Aerarium Militum Stipendiariorum aliorumque stipendio Communis conductorum res curabant, debitamque iisdem mercedem solverbant. (7)

S. LIX. Una cum Camerae Fiscalis vel Fisci Magistratus legibus libri quinti statutorum Constitutionum omnium Tractibus finem assert Castrensis, tractatusque secundus libri pariter quinti „De Censibus Divi Ioannis Baptistarum die certisque annuis solemnitatibus Florentiae“

(1) V. Stat. Rub. 173. 174. 175. 177. 181. 182.

(2) Rub. 175. 176.

(3) Rub. 185. 186.

(4) Rub. 187.

(5) V. Stat. a Rub. 223. usq. ad Rub. 247.

(6) V. Rub. 213.

(7) Fort. For. Florest. cap. 38. MSC.

,, tiae Communi debitis,, a Castrense proponitur.

§. IX. Ioannis Baptiste cultu (1) ob conspicuas Adualdi Regis, & Theodolindae Reginae Longobardorum largitiones magis magisque amplificato (2) Ioanne Villanio teste (3) ut solemnibus oblationibus anno quolibet Baptiste Nativitatis Dies celebraretur, Longobardi ipsi decrevere. Idem pariter Ioannes Villanius eodem tempore morem invaluisse existimat, ut ipsa die praemium quoddam hexamiti ferici villo-
fi rubri equiti illi donaretur, qui velociori pede hippodromi pulverem excitasset. Ast, si verum fateri licet, Villanii hac in te auctoritas nihil valet ac suffragatur. Quamvis enim afferi possit equirium usum apud Florentinos antiquum adeo extitisse, ut ne ipse quidem Ioannes Villanius qui decimoquarto seculo vertente vitam agebat, illius veram detexerit originem, nihil tamen secius ex aliis medii aevi Historicis eruitur a profanis omnibus spectaculis Longobardos alienos omnino extitisse, antiquoremque dumtaxat equirium memoriam invenimus anno MCCXVI., quo tempore Archembaldus Boii Toparcha equirium in Villafranchae Oppido octava post

Pen-

(1) V. secundam Dissertationem §. XV. & §. XVI.

(2) V. secundam Differ. §. XXVII.

(3) Historiar. cap. 60. lib. I.

Pentecosten die fieri mandavit. Nedum igitur Scipioni etiam Ammirato credendum arbitror, dum asserit Florentinos anno ccccv. Radagasio Gothorum Rege profligato decrevisse, ut octava Octobris Diuae Reparatae solemnī die, singulis annis equiria peragerentur.

§. LXI. Idem vero Ioannes Villanius (1) a veritate non aberrat, dum Equirium cursum anno MCCCLXXXVIII., Sancti Ioannis die Florentiae fuisse asserit. Clarissimus enim Muratorius (2) diversa etiam refert documenta, quae palam demonstrant apud reliquas Italiae Civitates hoc apprime seculo XIII. huiusc spectaculi usum invaluisse. Decimoquarto postea & XV. seculo Sanctae Reparatae sanctique Barnabae Bravia memorantur; & adhuc celeberrima sunt equiria, quae ut agerentur in Hippodromo Florentino statutum est anno MCCCLXIV. ob Victoriam contra Pisanos in Oppidi Cascinensis pagis reportatam, S. Victoris die, nec non ob faustum Walterii Athenarum Dicis expulsionem in Divae Annae festivitate. (3)

§. LXII. Quoad vero oblationes & dona, quae ad Ecclesiam & Baptistarum Altare

(1) *Lib. 8. cap. 131. Histor.*

(2) *Antiquit. Med. Aevi Differe. 29.*

(3) *V. Tract. 2. lib. 5. stat. a Rub. 11. usq. ad Rub. 17.*

tare ferebantur; de quibus pariter in nostro statuto, mentio fit afferi potest Longobardorum Regis Luitprandi aevo haberi monumenta e quibus eruitur hoc apprime tempore dona ipsa Praecursori Florentinos offerre incepisse, absque eo quod dies, quo eadem agenda essent, praescriberetur. Statutum autem fuisse invenio pro donis offerendis Baptistae Nativitatis diem post seculum xi., quo tempore Florentini propria ditione aucta decrevere, ut in subiectionis signum domitiae Gentes annui cuiusdam Tributi donum ad Baptistae Ecclesiam, Praecursoris ipsius Nativitatis die, mitterent; idque praecipue factum fuisse demonstratur ex Ioanne Villonio, eo tempore (1) quo Florentini Oppidum Mangonium subiecere, quod postea Oppidum, quum Benuccio Salimbenio Senensi ipsi reddere cogerentur, (2) ut Salimbenius Bravium sericum Aureum in S. Ioannis festo offerre illius Ecclesiae teneatur, decretum fuit. Moptiscatini pariter Oppidum eodem solemini die cereum Baptistae offerre coegerunt, (3) cereique pariter eodem die offerendi sub conditione Ficecli, Castrifanchi & Sanctae Crucis

op:

(1) *Villan. lib. 4. cap. 70.*(2) *Villan. lib. 10. cap. 84.*(3) *Villan. lib. 10. cap. 160.*

oppida sub eorum dominio receperunt (1);
 Per multa demum praefari possent „ de
 Oblationibus solemnis Baptistarum die Commu-
 ni Florentiae debitiss; qui vero plura defi-
 derat praeter Ioannem Villanum (2), Gre-
 gorius Datius (3) & Leopoldus Melio-
 riusr (4) Graecusque Auctor Manuscripto-
 rum Realis Athenaei Turinensis (5) videndi
 superfunt.

S. LXIII. Praeter oblationes & dona,
 quae Ioannis Baptistarum festivitatis die ipsius
 Ecclesiae a subiectis populis offerebantur,
 Republicae etiam Optimates & Collegia
 dona eadem Praecursoris Templo tum illius
 Festi die tum variis etiam anni temporibus
 obtulisse Statutum demonstrat. Eosdem
 quoque Optimates & Collegia aliis diversis
 Festivitatibus, scilicet SS. Ludovici (6) Fran-
 cisci (7) Dionysii, (8) Iuliani (9) Philippi &
 Petri Scheradii, (10) Corporis Christi, (11)

San-

(1) *Villan. cod.*(2) *Lib. 12. cap. 7.*(3) *Lib. 4. pag. 86. &c seqq. Historiar.*(4) *Florentia Historica pag. 106.*(5) *V. Hanc Auctorem pag. 106. gehatrum a Ioanne
 Bemio „ Auctiebia à Fiorentine lexior. 5. pag. 132.*(6) *Stat. lib. 5. tract. 2. Rub. 19.*(7) *Rub. 20.*(8) *Rub. 21.*(9) *Rub. 27.*(10) *Rub. 28.*(11) *Rub. 29.*

Sancti Spiritus, & Augustini (1), & Sebastiani, variis Florentinæ Urbis Ecclesiæ oblationes tum statutum nostrum perficisse probat, cum Thomas Fortius, (2) qui Menses diesque, quibus eae gerebantur assignat, praeteritas a Statuto oblationes commemorat, ipsasque omnes ob varias in bello relatas a Florentinis victorias statutas fuisse testatur.

§. LXIV. Secundo „ De Censibus „ tractatui libri quinti succedit alter, in quo trium præcipue Florentinæ Reipublicæ Magistratum officium, Gubernatorum scilicet Gabellæ (3) vini, Officialium Gabellæ, dominationum (4) Gabellæ Salis & Salinae (5) præscribitur. Horum Magistratum antiquissima origo videnda est apud Ioannem Villanum (6) & Benedictum Varchium (7) iis in locis, in quibus de proventibus Reipublicæ diversa census capita componentibus sermoq. instituitur.

§. LXV. Gabellæ Vini Gubernatores septem, quatuor scilicet Cives artium ma-

(1) Rub. 30,

(2) For. Florent. cap. 279.

(3) Stat. a Rub. 1. usque ad Rub. 44. Tract. 3.

(4) Rub. 44. usq. ad Rub. 53.

(5) Rub. 54. usq. ad 74. & ultim.

(6) Histor. lib. 2. cap. 9.

(7) Histor. lib. 11. pag. 260,

maiorum, duos minorum artium & ex Magnatibus alterum extitisse constat, ipsorumque cura fuit, ut ii, qui vinum venderent, pensiones quasdam ad normam statutorum solvissent; ius in Domibus, Apothecis, tabernis aliisque omnibus locis habebant, ubi vinum minutatim propolae mercabantur, severas in adulterantes vini mensuras easve non signantes, poenas a „Signi Officialibus infligi petebant. Dominationum alia tributa dicebantur ea, quae a Civibus Comitatus, vel districtus Vicarii, Capitanei vel Praetoris officium exercentibus, & ab alio quolibet Officiali Iurisdictionem mixtumve imperium in aliquo ditionis Florentinae oppido habente persolvebantur. A Dominationum itaque Officialibus actum est, ut tributa illa Gabellae Vini aerarii curatori persolverentur, illudque ideo vestigal Gabellae vini Magistrati coniunctum fuisse inspicimus.

§. LXVI. Salis & Salinae Gubernatorum Magistratus e sex Civibus popularibus & Guelphis compositus, aequioribus, quad ipsis videbantur, conditionibus salem vendebat & comparabat. Sal vero ab antiquissimis usque temporibus, Raphaello Maffeo (1) teste, praestantissimus & candidissimus in agro Volaterrano perficiebatur,

(1) Comment. Urban. Philolog. lib. 27. „de Mellis“ pag. 840.

337

tur, Volaterranique ipsi cum toti Etruriae suppeditabant. Aqua nunc etiam, uti veteribus temporibus, aggeritur ex puteis altissimis & in cortinis plumbeis decoquuntur, unde paulatim sal densatur & extrahitur.

§. LXVII. *Salinae*, quae a Volaterrinis *Moiae* dicuntur corrupto fortasse vocabulo *Muriae*, ad Volaterrani populi Commune spectabant, undaque salinae scaturigines in privatorum dominio reperiebantur, (1) talique pacto Romanus Iurisconsultus (2) quoad privatos Cives, & Philippus Decius (3) quoad Urbis Volaterranae Commune eo etiam aeyo, quo Florentinae ditioni Volaterrarum Populus fesse subiecit, consuluere. Animadvertendum postremo est antiquitus Volaterranum Episcopum medium salis habuisse vestigal, ideoque Iacobus Balduinus, omni iure suffultam esse putavit quorumdam privatorum facultatem cogendi Episcopum, ut dimidiā illam, quam possidebant aquarum scaturiginum partem privatis ipsis restitueret. (4)

Y

§. LXVIII.

(1) *Iann. Guid. de Mineralibus lib. 2. de Salinis tit. 8.*

(2) *Roman. in L. divortio §. si vir in fundo ff. silent. Matrimon. (3) Decius conf. 292.*

(4) *V. Conf. Balduin. relat. a Iann. Guidio lib. 2. loc. cit. Antonius Oliva Pisanae Academiae, & al.*

§. LXVIII. Statuti nostri Codex Autographus, quem Reformationum vulgo Palatii Archivo facile est invenire, una cum legibus, a quibus Salinarum vestigalia dirigebantur, tractatum tertium absolvit. In altero vero Codice statutotum, qui in Nicoliniana Bibliotheca asservatur, et si non pauca desint, quae in Autographo pertractata reperiuntur, secundi tam Nicoliniani voluminis in fine tractatum invenimus „ de Vestigalibus „ quae a Civibus tum in ingressu tum rerum educatione ex Urbe solvebantur, quas sane leges ab Officialibus vulgo Masserittarum nuncupatis anno MCCCCII. exaratas, posteaque anno MCCCCX. latas fuisse constat.

§. LXIX. Intrinsecorum fere omnium Florentinae Reipublicae Magistratum officio in prima & tertia praesertim statutorum libri quinti partibus, constituto, opus denique erat, ut in quarta & ultima nostri Codicis parte Officiorum extrinsecorum munus praescriberetur.

§. LXX.

alterae vulgo „ del Cimento „ Socius Ferdinando II. Salis rubri perficiendi modum detexit Vid. Monumenta Mariae Maucini Columnae in Biblioth. Magliabechiana Cod. Biscion. MS. 182. Ch. 21. pag. 99. Saggio di Storia Letteraria del Secolo XVII. del Sig. Giovanbatista Clemente Nelli pag. 115. in not. sub num. 1.

S. LXX. Quae fuerint officia extrin-
seca in statuto nostro a Rubrica quarti
Tractatus prima usque ad totam aliam
XVII. consummerantur; (1) Haec , uti Civi-
tatis Officia intrinseca (§. XVII.) ut de
loculis a Notario quodam vulgo „ Delle
„ tratté „ nuncupato extraherentur, cau-
tum est, eo appime tempore, quo ; Ca-
struccio Castracanio a Prati obsidione re-
iecto, in Patriam rebellés recepti sunt
Tractatum vero Notarius summum digni-
tatis habuit incrementum anno MCCCLIII.,
quo tempore illius Auctoritas, ob latam
Februarii Mense eiusdem anni legem, aucta
in immensum est. (2)

§. LXXL. Cives ad Praeturam obueniam idonei, erant viri populares & Guelphici. Praetorumque eorumdem munus praecipuum fuit dare operam, ut in Civilibus & Criminalibus negotiis ius suum cuique tribueretur, statutorumque diversorum locorum observantia intacta maneret. (3)

S. LXXII. Praetores, aliisque Comitatus & districtus Florentiae Officiales Ma-

Y. 2 " gi-

(1) Statutum in hac enumeratione concordat cum Thom. Fort. Far. Florent. cap. 69. usq. ad cap. 183.

(2) *V. Thom. Fort. Far. Florent.* cap. 24.

(3) *V. Tract. 4. statu. a Rub. 58. usq. ad Rub.*

gistratum omnium Florentinorum *Syndicatu* subiecti erant; (1) Decima vero die Februarii anni MCCCCXXVIII. novo Conservatorum Legum Magistratu creato, ab iisdem Legum Curatoribus *Syndicatum Re*-*ctoribus* dandum esse, cautum invenio. (2)

§. LXXXIII. Haec revera omnia, quae Republicae tempore decreta quoad extrinseca Republicae Florentinae officia sunt, ad nostra usque tempora servata fuisse assertendum puto. Petro Leopoldo vero Supremo Duce, excogitatum summa sapientia est saepissime Etruriae nostrae Provincias ob antiquam, qua regebantur, methodum, ab hominibus ut plurimum analphabetis gubernatas fuisse; ideoque statuere opportunum censuit prudentissimus Legislator, ut ab hominibus Doctoris sattem nomine insignitis & Vicariis nuncupatis, Praetoris officium administraretur; (3) Nova Provinciarum divisio acta est; (4) Diversaque alia quoad Rectorum *Syndicatum*; (5) & incerta officii emolumenta praescripta sunt. (6)

§. LXXXIV.

(1) *V. cit. Tract. a Rub. 74. usque ad Rub. 93.*

(2) *Fort. cap. 217.*

(3) *V. leg. 10. Iulii 1771.*

(4) *V. leg. 30. Septembris 1772., cui adiuncta lo-
gitur nova Provinciarum Etruriae divisio.*

(5) *V. leg. 21. Septembris 1773.*

(6) *V. leg. 14. Septembris 1773.*

S. LXXIV., De iuramento denique „ & *Ligarum* ordine „ diversae in Codice nostro Rubricae leguntur. (1) *Ligae* vero, uti ex eodem Codice patet, quibusdam ex Communibus, Parochorum territoris, populisque Florentiae Communi subiectis componebantur, ipsaeque societates omnes tum belli tum pacis temporibus sibi invicem auxilium ferendi sacramentum praestabant. Isdem incumbebat onus proprio eliciendi e Territorio, vel saltem Communi Florentiae tradendi Rebellen, *Bannitos*, viarum graffatores, Incendiarios, veritatem dolose immutantes, Homicidas omnesque demum, qui ex maleficiis viventes, intra limites istiusmodi societatum inmorarentur. Hodie *Ligarum* ordinem, de quo & a nostro statuto & a diversis aliis Florentinarum rerum scriptoribus (2) mentio fit, in usu esse inspicimus. Quaedam solum quoad Ligas revocata fuisse asserendum est a lege xxii, Maii anni MDCCCLXXIV., in qua praecipue statutum fuit, ut Florentini Territorii Communia proprium ad arbitrium oeconomica eorum negotia plena cum libertate moderarentur.

S. LXXV. Sed iam Antiquitatum
Y 3 Flo-

(1) *V. Stat. Tract. 4. lib. 5. Rub. 94. 95. & 96.*
(2) *Thom. Fort. For. Florent. cap. 227. 228. 229.*

Florentinarum iter emensi sumus, nihilque quod ad iuris Florentini intelligentiam necessarium videbatur, nos omissem abstinemur; Verum si cibi peccatum sit, ratione abita materiei obscuritatis, & copiae aequos lectores futuros esse confidimus.

*Finis quintae & ultimae Dissertationis
ad Statutum.*



AD



AD FLORENTINARUM
ANTIQUITATUM
DISSERTATIONES
A D P E N D I X.



Quae Etruriae, & Florentinae
praesertim Urbis, tum veterem
tum hodiernum Legislationis
statum illustrant scripta iam &
in lucem proditura erant, quam
pro Etruriae ipsius felicitate & securitate
a Sapientissimo Magno Duce Petro Leo-
poldo leges quaedam novissime, latae ac
edictae sunt quibus antiquorum quorundam
Magistratum politia immutatur omnino.
Quaenam igitur horum recentium Tribu-
nae.

naliūm sint munera hic loci referre operaē
preūm duxi.

In Tertia ad *Statutum nostrum Differ-*
tatione (§. III. & IV.) de *Baliae & Octo-*
virum Magistratus origine differimus, &
Criminalium Etruriae Constitutionum ulti-
mum statum descripsimus. Magistratus hic
antiquitus in diversa quidem Crimina, sed
non in omnia promeritas poenas irrogabat,
& ceteri etiam Florentini Magistratus ma-
leficia, quae ex ipsorum Magistratum le-
gum violatione oriebantur, ut punirentur
curabant.

Ut ergo simplex & constans in gubernan-
tibus omnibus tum Iustitiae, tum *Politiae*
negociis methodus redderetur in posterum,
antiquo Octovirum *Baliae* Magistratu dele-
to & novo „Supremo Iustitiae Tribunali „
creato, ut omnis Criminalis Iurisdictio,
quam diversa alia Civitatis Tribunalia ante-
tea gerebant, ipsi supremo spectaret Tri-
bunali, Lege xxvi. Maii MDCCCLXXVII, can-
tum est.

Supremum itsque Iustitiae Tribunal
hodie componitur ex uno Auditore, qui
veterem Octovirum Magistratum represe-
nat, & tribus Assessöribus qui in Crimina-
libus Caussis deliberandis suadendi tantum
ius habent, consilii dumtaxat gratia, ipsi-
que Tribunalis unus *Cancellarius Maior* nun-
cupatus, & *Coordinator* unus inferiunt. Ta-
bu-

bulario vero in tres partes diviso diversi
 Criminalium Consuetudinum periti *Informati-
 vos* ut aiunt *Processus* conficiunt. No-
 tandum pariter est unum cuilibet, ex qua-
 tuor Florentinae Urbis Regionibus, *Com-
 missarium* designatum fuisse, ut minora Cri-
 mina in compendario Iudicio cognoscant,
 parvique momenti credita quae centum li-
 bellarum summam non excedunt tum re-
 ali, tum personali executione componant.
 In ipsa demum xxvi. Maii MDCCCLXXVII.
 lege videnda supersunt Officia, quae novo-
 cuidam *Politiae Inspector* conceduntur. Cri-
 minali Iurisdictione sublata, quae in Pro-
 vincialium Rectorum vulgo „*Sindacato* „,
 Conservatorum Legum Magistratui compe-
 tebat, (ut in quinta ad Statutum Disser-
 tatione, S. LXIX. demonstravimus,) & no-
 vo Iustitiae Supremo Tribunal alignata,
 factum est, ut pauperum tantum causas
 ipsi Conservatorum Legum Magistratui tra-
 stendae superessent; ideoque utile visum
 est, alia lege xxvii. Maii MDCCCLXXVII.
 Pupillorum Magistratui Conservatorum Le-
 gum Civilia negocia adiungere. Etsi vero
 Iustitiae Tribunal *Criminalem* Iurisdictionem,
 quam anteā Conservatores legum
 quoad Rectorum *Syndicatus* habebant exer-
 cere in posterum debeat, animadvertisendum
 est alia pariter Magni Duci Petri Leopol-
 di lege xxvii. Maii MDCCCLXVII. sanctum
 esse,

esse, tum generatim, tum speciatim in delinquentes Rectores inquirendum esse ab eo Magistratu, qui antea Proconsulis, & hodie *Legis Conservatoris* dicitur. Supremum vero Iustitiae Tribunal iuxta ea quae a *Conservatoris* Magistratu acta, & probata sunt meritas poenas in delinquentes ipsos Rectores irrogare debet.

Ad antiquam demum Iurisdictionem, de qua in quarta ad Statutum Dissertatione disceptatum est (§. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. & XXVII.) Proconsulis Tribunal revocato, ex ea ipso lege colligimus, Proconsulis, vel ut hodie dicitur *Conservatoris Legis* Magistratum, non secus ac in Provinciarum Rectorum maleficia, tum etiam Advocatorum, Procuratorum, atque Tabellionum inquirendi ius obtinuisse; & idcirco antiquo pariter, Generalis Archivi Magistratu sublatō Notariorum criminum animadversio legis *Conservatori* commissa est.

F I N I S,

<i>Errata</i>	<i>Corrigē</i>
pag. 9. Extimatione	Estimatione
11. Atten̄te	Attente
35. Exercitum	Exercitium
40. statis	statim
45. hic	hinc
45. Exortientur	Exorirentur
46. Dispensae	Dispersae
47. Iudicio	Iudicis
47. Iaddae usque	Taddacusque

Ms. p. 199.

MS. p. 233
287.

297
58
63
64
85
338

